R/23915

# EXIMII

PROPHETARVM ANTISTI=
tis regia Dauidis oracula, per Franciſcū Bo=
nadum Angeriæ preſbiterum Santonen=
ſem Aquitanum, ad Pſalmorū ſe=
riem centum quinquaginta nu=
meris poëticis exarata.

Cœlica uernantes tractant Pſalteria lauri,
Regia diuinum muſa uenuſtat ebur.




Quod fugit aërias uolucres attollere ramis,
Vnius citharam ſiſtráque uatis habet.

PARISIIS

Excudebat Chriſtianus Wechelus, ſub
ſcuto Baſilienſi, in uico Iacobæo,
Anno 1531.

R/23915

# EXIMII

PROPHETARVM ANTISTItis regia Dauidis oracula, per Franciſcũ Bonadum Angeriæ preſbiterum Santonenſem Aquitanum, ad Pſalmorũ ſeriem centum quinquaginta numeris poëticis exarata.

*Cœlica uernantes tractant Pſalteria lauri,*
*Regia diuinum muſa uenuſtat ebur.*




*Quod fugit aërias uolucres attollere ramis,*
*Vnius citharam ſiſtráque uatis habet.*

PARISIIS
Excudebat Chriſtianus Wechelus, ſub ſcuto Baſilienſi, in uico Iacobæo,
Anno 1531.

25-II-10-14
1145

CLARISSIMIS VIRIS AImarico Bouchardo, Santonum præſidi, etiam à libellis Franciſci Galliarum principis Præfecto, & Gulielmo Paſtori, Angeriaci Senatus primo conſuli, Franciſcus Bonadus æternam felicitatem.

QVum inter humanas rerũ uarietates, egregij patres, conſummatiſſimiq; uiri, labentis huius ſæculi calamitas cor meum uſqueadeò tẽtaret, quo uix intellectu ſanè cõprehenderem, quorſum tam ærumnoſi laboris exitus protẽderet, ſed magis atq; magis ea ipſa humanitatis phaſellus, in furentes ſinuoſi maris procellas, uelut inauſpicatò duceretur, ita ut omni uento circumactus, foris domiq; minus uitales auras carpere deſperarem, nec in triuio qui mecum ut molliter luctaretur aſſurgeret uſquàm, una tandem anxio mihi captandæ ſpei ſuccurrit clementia, quam ex Empedoclis ꝑprudentis uiri non ſcitu, factuq; difficilem monefacienti ratione congeſſi, hominem ſcilicet in terris ea de cauſſa uiuere, ut aſtra cœli mente ſuſpiceret, à quo ſi & cœlum ipſum ſubtraheretur, mox eundem fato cedere, aut nullum eſſe crede-

rem. Qua quidem in re nihil ingratum uolui, ſed ſacra (ut aiunt) prophanis immiſcere, inde- cens ac extermum ſuſpicans, me talpa cæciorem ratus ſum, ſi in pelagi fundo æſtuantem ſiccitatẽ, aut ſub ardenti carbone congelatum frigus im- portunè auſpicarer, cum ſupraquàm difficile ſit, à contrarijs rebus frequens, & connaturale diſsidiũ æquanimiter ſubfurari, atq; in confuſa chaus La byrintho (qualis eſt huius mundi tempeſtas) æthe- reæ pacis tranquillitatem poſtulare. Quum ex his adeò cœleſtem ſarem animum, ipſum quoq; in da- licno foro litigantem, terrenis curis, corporeisq; anxietatibus mancipatum contemplarer, ut uirum magiſtratus indicaret, certum inſpexi, & in ſpi- ritalem extaſim protractus, ad illuſtres illius Da- uidis prophetarum Antiſtitis camœnas, illic diuina quædam habiturus oracula protinus aduolaui, quas non incompoſito greſſu, aut inſuaui lepore ad Sion montem, ubi præfulgens pacis ſtatio, ubi do minia pedes quondam ſteterint complexus ſum, uidi, & illas in hæc uerba prorumpens, ore pio Citharœdorum more ſalutaui. O exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara: Continuo ex ætheris uertigine reſpondit ſpiritus, Exurgam di- luculo, auroram excitabo. Ea quidem uocis amœ- nitate correptus, aureã illam poëſios phraſim pa- rumper immoratus, ſub naſcentis ſolis imagine, di- uinorum arcanorum ſyluam, quam nedum Creti- cus



cus orator ſuo dicendi genere, nec Vates uſpiam Latinus ſuis his numeris attigerit, meum mihi ac- cõmodans ſomnium ingreſſus ſum, uſq; tamen ue- reor, ne mea creſcente uena quietus ſlamen innu- ros mihi hac tẽpeſtate irritauerim crabrones, atq; in apes inductus zoilos, blatterones nanciſcar, tũ ut ſuſpicari audeo, in ponti littore, tanq̃ barba- rus Draco, cui capto illudere ſoleãt, à turba præ- tereunte ductario fune ligatus peſſunder, aut ad unguentarias Myropolarum tabernas, laceratis ſubinde folijs infectus prouolem. Scripſere ſiqui- dem multi, atq; adeò bene, ut non alio quàm ſub- tili ingenio claruiſſe illuſtriũ uirorũ ſchola quon dam probauerit. Verumenimuero cum eiſdem fa tear neceſſum uideo, quot libros, quot paginas, quot literarum characteres affatim cõtexuerunt, tot mordaces, æmulos, ſub hac ingenij face ſibi cõ ſciuiſſe. Quò fit, ut Neotericis parũ grata ſint, quæ in ſacris Auguſtinus, Hieronymus, Origines, Chryſoſtomus, cæteriq; bonarũ literarũ indagato- res, ſiue in externis literarũ exẽplaribus, diuus il le Plato, Iſocrates, Anaxagoras, aut quiſquam facundus Cicero, tam in edendo, quàm interpretã do ſagaciter aſſeuerauerint, illos nempe (quos dixerim omnium literarum facile principes) uſq; adeò cæcata mente, ingrataq; lingua procaciter urunt, increpant, corrigunt, mordent, & arguũt emuli, ut aut dum mordent Auguſtino clariores,

 Hic

Hieronymo acutiores, Origene ſubtiliores, Chryſoſtomo uberiores, aut quia ſcribunt, Platone diuiniores, Iſocrate facundiores, Anaxagora peritiores, ac Cicerone literatiores, lepidioresq; cenſeantur. Etenim ut præſentiſsimum ueſaniæ faciat periculum, iactant profectò ſe omnium linguarũ proprijs unguibus paginas inuoluiſſe, calamis ſimul & adnotaſſe, Mineruam quoq; aliam è Iouis cerebro exciuiſſe, ea demum ſagaci memoria tenere, quæ ad Sophiæ partes, ſtylũ & elegantiã pertineant, ſuarum itemq; fictionum Authores interſerunt, citantq; nugiuendos. Græcia quos mendax nõdum nominare, minusq; illorum ſata intellexiſſe putauit. Quas ob res mirari non queo ſatis, trium præcipuarum mordacitatem linguarum, totq; opinionum cenſuras, quæ ſe mutuis nõ ceſſent iugiter interſecare gladijs. Quid ueniæ quæſo, quid benignitatis, mortalibus ipſis ueniret impartiendum, ſi quartam ſuper hoc linguarũ termione natura finxiſſet? diffuſius morderet, amplior & creſceret certantium diſceptatio, nec dubito, ſuperadditam reliquas treis, uſq; ad turrim illam Babyloniam (ubi prima multiplicum confuſio uocum inualuit) cito greſſu infeſtare tentaret atq; perſequeretur. Abſit illud mihi in hoc opere uelim comparare, qđ noſtri ſæculi rapones nõ clanculo, ſed in publicum exequat: audent & ipſi excubiali quadam cura, ueterum ſcriptorum codices à blattis corroſos, è bibliothecis neſcio quã Gothici pulueris barbarie phaleratos (quibus q̃tum cæci, tantum fidei donant) certatim eleuare, qui truncato authoris nomine, nouis characteribus nomina ſua plus æquo inſcribunt, & eo in fonte renatas ſeu excerptas ſententias in uolumina transferunt, ac mutos magiſtros ad tempus appellant, rẽ non aliã ꝑinde tractantes, q̃ qui de corporibus in corpora, rationibus Platonicis animas educere ſtudeant, & ab ſe componi uero uerius arbitrentur. Parco illis & ingenuè quidem, ſi nedum fontem ipſum quẽ ſuauiter hauſerint, lutoſo pede conculcare, aut ſuper matrem quam auidis faucibus exuxerint, inſidere deplorent, deſinant & ijs conuitiari, ex quorum farraginibus accõmodatis diuites effecti, in uberes fluxere ſententias. Quid quæſo in carpẽdis ſupra modũ habẽtur oculati? niſi ut ab eis illa inclytæ uirtutis scaturigo, dicẽdi copia, ꝑſcrutabile phyſios ſpecimen tanq̃ à primis authoribus dimanaſſe conſpiciantur, nihil inde comprobant, nihilue in ſcholis ſuis magnifaciunt, præter id, quod eorum forfice ſciſſũ, acu diſſutum, farina compiſtum, aut quod in feruenti ipſorum cacabo decoctum adſeruetur, hyſſopum Ambroſiamq; ſapiens. Taceant quæſo, taceant tot tantarumq; rerum putaminibus locupletati, qui iuxta fluminis decurſum puteolos ſibi confodere, at dicant cum illo uernantis ſophiæ pro-

 bato

bato rege Salomone, Nihil ſub ſole nouum, quod
homines ſuapte induſtria effinxiſſe putent. Quo
fit, ut quid eorum ingenio accumulatum extol-
lant, illud potius conciliato ſpiritui, quàm huma-
nitatis artificio adſcribendum ueniat. Demum
aliud huiuſmodi uanæ laudis glorioſi captatores ar
gumetum ſibi uendicant, quod uulgari proclama
tur adagio, Serpens ni edat ſerpentem, draco non
fiet, ex quo ſuperbè ſapientes, procaciterq́; inflati
aliena ſupellectili cooperiuntur, in externoq́; ſu-
ras cubili protendentes inſulſè ſtertunt, ac uigi-
lant improbè, multoq́; infœlicius quàm qui hoſtia-
tim uictum queritent, illic uitam degunt: nam ue
lata quandoq; eorundem hypocriſi, tanquàm hoſpi
tes inſalutatos trãſmigrare, nudos & implumes
cæteras inter aues cornicari perſæpe contingit:
Eos nempe quibuſdam extemporaneis licet adſi-
milare floribus, qui ſub matutino ſolis acceſſu, poſt
quàm uiuum colorem in graui ſupercilio præmõ-
ſtrauerint, continuò ſub eiuſdem Solis receſſu, ni-
torem ipſum friabilem ac uelut emortuum declina-
re conſpiciuntur. Ne poſthæc de puſillis longam
perſtringam parœmiã, ſat erit tales graculos, mil-
le cicadas præ ſe ferentes, in confuſa ſtrepentiq́;
Babylonis ſylua uidiſſe notaßeq́; garriẽtes. Quos
quidem oblongo dum uerborũ anfractu pſequor,
nil amplius ago, quàm qui aërem gladio diſſeca-
re, aut nebulas fuſte diuerberare ſtudeat. Omißis





itaq; futilibus nugis, gerriſq́; nihil ad rem facien-
tibus, Dicite o uigiles animi, quid ſub intempeſtæ
noctis ſilẽtio, dũ pedes in atrijs illius hieroſolymi-
tanæ, ſupernæq́; domus aßiſterent, inſomnes audie
ritis. Paſtores loquebantur ad inuicem dicentes,
tranſeamus usq; Bethleem, & uideamus hoc
uerbum quod factum eſt, quod dominus fecit &
oſtendit nobis, in quorum comitatu dum aërias uo
ces interni luminis acumine conſequerer, uiſus eſt
præter illos quos adfirmant Angelorum greges,
proſper ille, atq; mihi chryſologos heroidum mu-
ſarum chorus, qui ex decachordo hebræi poëtæ
Dauidis Pſalterio, illuſtres haſce camœnas, furẽtẽ,
inſanumq́; Saulis ſpiritum mitigantes, ſyllabatim
depromeret. Qua in re tam egregia, tamq́; ſuaui
ſingularem hilaris atque uolens artem didici, cœ-
lumq́; ipſum digito in tam celebri corona tetigiſſe
uiſus ſum, non alia fotus animi claritudine, quã
qui in gemmato ſummi Dei cratere liquorem de-
guſtaſſet nectareum, aut qui Dei ipſius uelut al-
ter Apocalypſeos uates (cui mira cœlorum arcana
olim commiſſa fuere) Euangeliorum myſteria ſub
ungue notaſſet, ſic enim Deus meam adiuuit in-
duſtriam: quò ne tanquàm iners, aut uulgare pe-
cus ad Orphei lyram ſtare, aut multitudini forſan
ceßiſſe uiderer, illius Dauidis præclarißimi uatũ
Antiſtitis citharam meo ſiſtro non inconſul-
tè patiendam duxi, ſub qua tam ſuauis muſarum

*concentus, tam frequens cœleſtis harmoniæ Sym-
phonia, tam huberes diuinorum myſteriorum fru-
ctus, tot deniq; ſcientiarũ theſauri latẽt, inſuntq;,
ac ptractantur, ut pro illis exactè flocci fecerim
aureas quas dicunt* Pactoli *fluminis arenas, nil*
Beryllos, *nil* Margaritas, Carbunculos, *nilue trã-
ſlucentes id genus lapillos, imo cæteros omneis hu
manitatis appendices, pro illius æſtimatione friuo-
los, nec p ſe ſufficere crediderim.* Et *ne me ue-
riſimiliter mentientem alter ueſtrum arbitretur,
tu ipſe* Almariæ *omnium literarum facile prin-
ceps, hieroſolymitanas illius* Sion, *id eſt, pacis do
mus fores, primus aperi, ſyluam ipſam tuo paſto-
re comitatus* Salomonico, *armata* Palladis *ægide ue
lim ſubeas, remq; omnem ab imis radicibus per-
ſcrutare, uidebis illic* Chriſtum *à ſanctis patribus
ore prophetico* Iudæis Meßiam *in lege promiſſũ,
apud* Iudæos *regem natum, ab ingrata* Iudæorũ
*gente repulſum, afflictum, ignominioſa morte p-
ſcriptum, uita functum, tetras inferorum domos
ſpoliantem, à mortuis reſurgentem, denique ad cæ
los, unde idem* Deus *prodierat, pompali triumpho
miraberis aſcendere, nec eò reuerſurũ, donec in
cæli nubibus dignoſcatur, atq; ueniat ille qui bo-
nos, ac impios terribili, ſtupẽdaq; iudicis facie ſit
examußim probaturus. Quæ omnia ſub uatis edi-
tione tam arcanis prodũtur emblematibus, ut illa*
Platonicis *numeris obſcuriora iudices, nec illa tuo*

*inge*



*ingenio ſtatim conſequaris, niſi ad extremum ſci-
entiam demittas, uel tibi pro roſtris centum ſe-
deant* Areopagitæ *facta rerum perſcrutantes,
ex quorum ſiquidem reſponſis, non niſi ambi-
guos ſcientiarum colores contexere, pilos pro la-
na carpere, tibiam pro tuba perflare, cicadas pro
apibus in aluearia clamoſis tinnitibus euocare, ad
ſummum in puteo cum canibus pugnare uideas:*
Et *ſi cælum ipſum (ut perhibent) quandoq; ſuis
argumentis territent, confeſtim tamen animus in
pedes decidit, exhinc illi plus admirationis ac in-
quiſitionis pariunt, quàm qui primã ueteris literæ
interpretationem, aut ipſemet author donauerit.
Quam ob rem illos nõ ſapientiæ profeſſores, aut
magiſtros putauerint bonarum literarum iudices,
ſed ipſius dumtaxat ſcientiæ adſeruatores, qui tã-
q̃ canes in præſepi procumbentes, nec ipſa (cui
præuigilent) arte quoquo modo paſcuntur, nec
alios item ad illud accedentes, uti permittunt, ut-
pote (ſi integrè perferam) rem ipſam non ad ui
uum, ſed primoribus tantum labris deguſtare, aut
nihil ex his ſanè intellexiſſe cenſeantur.* Rem *igi-
tur, quam uiribus meis longè imparem facile cre-
diderim, quia hic aſinus myſteria porto, me ſub-
iiſſe fatebuntur omnes.* Nec *illud abs re fieri pu
tauero, ſi ſuperiora me propalent argumenta, cũ
adeò difficillimum prodatur trinodam, trabalẽq;
de manu* Herculis *clauam extorquere, multoq;*

*gra*

grauius illum diuinarum rerum apicem me ſolo perſcrutatum iri, quem nedum ſeptuaginta duo interpretes, uiri ſacris literis apprimè phalerati percalluiſſe ſunt crediti, imò nec ipſe Mercurius diuinorum arcanorum hermes, adhuc ipſis explicuiſſe uiſus eſt mortalibus. Item neq; quiſpiã alius etiam diuino ſomno ſoporatus ſomniauit, nũſque locutus eſt ꝙ ſomniantem, ſomnia quoq; ſua interpretantem intellexerit uſquam. Quare non immeritò rogatus accedo, cur in uirgultea ſcaphula ægeum tranſmittere, id eſt, rem ſupramodum arduam tam leui ingenio, rudi quoque Minerua complecti laborauerim, qui dum cæteris conſulam, nullum apud meipſum conſilij locum reliquero. Audite paucis, quod ab eleganti poëta Horatio depromptum inueni, Scribunt (ut ille ait) indocti doctiq; poëmata paßim. Veruntamen ne me audacem, aut inſanum hac in re ſuſpicamini. nihil hic effingo, quod phaleratam iuuet Anacephalæoſim, nullos hic deos gentiles ut facundus imploro, à genialibus quoque Muſis flumina nulla comprecor, prorſus non me in bicipiti Parnaſo dormitaſſe, nec illic diuina ſomniaſſe (ut pleriq; de ſe iactitarunt) ſum perinde commentus: ſed fluentem dumtaxat liberæ uocis orationem, Homericis claudens ergaſtulis, propheticam illius pſalmicanis Dauidis energiam, poëtica ſub incude ſemiheroicus commalaſſo, ſic præter literam nihil inex-

puta



putabile, aut inextricabile. niſi ipſum poëſeos parergon, uel quampiam fortaſſe locutionis Acyrologiam, quæ domi noſtræ ſubnaſcatur, demirari contingat. Cæterum per eam quã multi dogmatiſtæ uiam protriuerunt, non gradior, ſed potius illam opinionum, ſeu ſententiarum ſyluam garrulis interpretibus relinquo diſcindendam. At uerò ne quis ſenum linguam me uariare, uel cornicum oculos configere putet, diſceptantium bipennes mea cote, meoq; oleo uulgariter acui (qui nedum armatis manibus, bellicas machinas uelut ardens Vulcanus extulerim, minusq; uerbales rixas mordaci editione conflagraui) nullus hic niſi inuidus garriat. Habes hic Gulielme Paſtor egregie, florentem Muſarum campum, in quo tuum gregem diuina inter lilia, roſmarinum, tymbram, crocos, & ambroſias, cæteraq; id genus cæleſtis paſcuæ roſalia ſub aurora famelicum depaſcas, in meridie feruentẽ inumbres, ad ueſperam depaſtum, tuam in domum recipias, & interdum paſtorem cum ouibus cæleſtibus aquis aſpergere queas, atq; ſi tu hic obſonium quæras, non oleum, non operam, non ueſtem (ut eſt in ꝓuerbio) perdere continget. Hæc ſiquidem tellus non ſyderum intemperie compluitur, neq; Solis aduſtione flagreſcit, hæc eſt domus quæ ſanctos Patriarchas fide clarificat, hæc eſt ſchola, in qua diuinus flamen cæleſtis ſapientiæ magiſterium habet, hic eſt fons &

ſcatu

*ſcaturigo illorum quatuor fluuiorum, qui è terreſtri cælo (unde tota mundi facies ſparſim irroratur) dimanant. Ad hunc fontem properant illi quatuor inſignes diuinorum arcanorum Euangeliſtæ, concurrunt theologicæ profeßionis doctores eruditißimi, quoties de ſacris literis audent aliquid certò aſſeuerare. Tanta ſiquidem uis ingenij ſub ipſa contemplatione Pſalmorum exploratur, ut fixis oculis intuentibus, nihil diuina negent, ſed nucem frangentes è nuce nucleum affatim comedant, & ſi quid ab imis radicibus forſan iacere moliantur, in promptu expetitam orationis phraſim boni conſulant. Quid muſica iucundius? quid uiridi prato delectabilius? quid Pſalmorum numeris huberius? quid denique oratione precaria beatius, quæ Pſalterium cum muſica cõplectitur. Ea ipſa eſt Pſalmicen oratio, quæ Cælitum oracula primum mortalibus reſerauit, illa eſt quæ hominum querelas ad ſuperos deſtinat, adflictis procurat quietam lætitiam, uitioſis imprecatur interitum, bonos, fortes, ac ſtrenuos in prælia comitatur, atque triumphatores domum reducit, hanc uim dicendi regius Pſaltes in commendationibus, in gratiarum actione, pro materiarũ qualitate grauis, & expeditus implorauit, & aſſequutus eſt, quid uir prudens in omni re, & in omni tempore Deum ipſum exorare deberet. Et ne parem aut ſimilem cantilenam recinere credas, nunc hilares, nunc mœſtos uerſus, modo tragicas, modo heroicas, ac lugubres ſentẽtias utrãuis paginam faciens, uariatis modulis perſcribit, atque decantat. Quæ omnia ſi numeris digerere donaretur prouincia, ego pro illa Atlantis onus humeris meis ſuſtinendum comprecarer. Hanc igitur uiri percelebres quantulamcunq; poëſim, leui dolabra ꝓfluẽtẽ ita circũagite, ſpectetis, atq; demiremini, ut ipſam iuuenes primis initiatos literis erudire, mediocres inſtituere, prouectiores aliq̃tulũ delectari probetis, iſtæc inquam uobis ſuberunt, non Cyclopis dona, ſed quæ in templis, quæ in foro, in ſcholis, quæ in aulæatis urbibus ſpatiantes propalanda cenſueritis, ne ſibi barbatuli iuuenes, aut defloccati ſenes poſthac impoſuiſſe, at leuitatis erroribus peſſundatis, bene prodeſſe præſenti conſilio diſcant. Vos ad ſummum gregatim exoro, qui Iuris & æqui partibus fungimini illud noſtratis uulgi Cacoëthes (cui perplures, & penè innumeri à multis annis præſtitere ſacramentum) de medio tolli, quò ad illam, unde Pſaltes egregius ſui carminis odas exorditur, patriæ cœleſtis felicitatem inſignis chorus aſpirare ſtudeat, poſſitq; Deo noſtro Ieſu Chriſto condonante, cui laus eſt, & gloria per immenſa ſæculorũ ſæcula.*

**AMEN.**

# DAVIDIS

## Regii Prophetæ Oracula, per Franciſcum Bonadum Angeriæ preſbyterum, Santonenſem Aquitanũ, ad centũquinquaginta pſalmorum ſeriẽ numeris Poëticis exarata.

### ARGVMENTVM PSALMI I.

*Solis diuinæ Legis cultoribus immortalis beatitas condonatur, ad cuius fructum, impii, infideles, Hæretici, peccatores, aut Schiſmatici peruenire nequeunt, cum illi ad perennis gloriæ, iſti uero ad æternæ cõfuſionis iudiciũ perducantur.*

### Beatus vir qui non abiit.

*FOelix quem ſceleris non*
*impia turba fefellit,*
*Cui neq; firmauit dira cathedra pedem.*
*Aſt ſacroſanctæ quẽ peruigil actio legis* — *Beatitudinis ſtatus.*
*Subleuat, uſq; piũ cõdet in aſtra caput.* — *Beatitudinis fructus.*
*Ille uelut rigui plantatio germinis, ex quo*

Maturos fructus ſolis apricæ ferunt.
Non decor huic aberit, folijſue minabitur hauſter,
Illuſtrem facient candida geſta uirum.

*Status ac fructus impiorum.*

Non ſic crudeles, nam robora ueſtra prophani
Quem rapiant flatus, pulueris inſtar eunt.
Cœlica fœdifragas non ditant præmia mentes,
Sedibus æthereis perdita ſenſa uacant.
Quæ uia ſit recti iudex ſacer ore probabit,
Dura ſalebroſum dextera perdet iter.
Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,
Qui rem principij fatáq; finis habet.

## ARGVMENTVM PSAL. II.

*Excandeſcit Pſaltes Dauid in perfidiam, Tyrannidem, & obcæcatam maliciam Iudæorum, qui IESVM CHRISTVM Meſſiam ad eos deſtinatū & ex lege promiſſum haud receptum habuere, imo uero præter citraq; legis partes innocentem morti crudeliter addixerunt, in doctrinam ipſius ſæuientes*

## Quare fremuerunt gentes.

*Prophetæ elegia.*

QVare Gentiles, quare fremuere Tyrãni?
Abſurdū populi quid meditantur opus?
Impia terrigenæ celebrarunt agmina Reges,
Regis ut immenſi deſtrueretur apex.

*Verba irriſorum.*

Vtpote cœleſtis rumpamus uincula dextræ,
Pœnitet inſuaui prodere colla iugo.

*Pſaltes.*

Qui ſuper alta ſedet Cherubim ridebit Olympus,





Conſilium ſuper hoc protrahet ira chaos.
Cumq́; horrenda dies ac uenerit hora furoris,
Arguet elatas cælica uirga manus.

*Chriſtus ad iudæos*

Me pater omnipotens ſupera demiſit ab arce,
Sum tibi Rex Sion, en tibi dogma fero.
Maximus ad natum genitor dixit, meus es tu
Filius, es inclutus dulcis imago mei.

*Chriſtus ad gentes.*

Nate roga patrem, dabo regna potentia gentes,
Imperium magni ſceptriger orbis habe.
Turgida nodoſo tu uerbere corda domabis,
Vt figulus molli teſtea uaſa luto.

*Exhortatio ad Præſides terræ.*

Scite ſacras leges, qui mundi regna tenetis,
Diſcite quid iuris roſtra ſeuera ferant.
Scite timere Deum, diſcatis amare tonantem,
Sublimi pariter figere corda polo.
Diſcite iuſticiam, ne iudex ſæuus ad iras
Vos ciet, aut quatiat præcipitanter humus.
Quando tubæ ſonitu crepitāt, breuis hora, beatos
Qui credunt domino ſpes generoſa facit.

## ARGVMENTVM PSAL. III.

*Conqueritur CHRISTVS apud patrem Deum de Iudæorum atrocitate, ea ſpe tamen inſtauratus ꝙ poſt inflictā ſui necem, inde ſit reſurrecturus & de populi crudelitate uindictam habiturus.*

## Dõmine quid multiplicati ſunt,

*Tentatio grauiſſima.*

Q Vid populoſus apex rabie ſuccinctus Erines
Aggerat? inſontẽ quid petit ira uirũ?
Perditur unde ſalus animæ? non creditur iſtic
Numen, proxima mors, ſamina uulgus habet.

*Pro tentatione inuocatio.*

Fœlicis dator, & auſtos, & gloria uitæ,
Sydera tu noſtrum pectus in alta leuas.
Flebilis albentem dum tunderet æthera plãctus,
Mox ſupera nitidus uenit ab arce dies,

*Verba Chriſti ſeſe excitãtis.*

Noſtra ſoporiferam captarunt membra quietem,
Tum leuis excuſſit corda ſepulta labor.
Quando timebo duces, Solymæ uel milia gentis?
Vnigenæ, bone Rex, auxiliare tuo.
Ferrea uæſanæ fregiſti robora plebis,
Inuiduli perijt tam cito dentis onus.
Maieſtas & honor, tantiq; potentia belli
Extemplo patuit quo foret orta duce.

## ARGVM. PSAL. IIII.

*Exorat Chriſtus patrem Deum, petens liberari a Iudæorũ uexatione. Contra quos idem Chriſtus inuehitur: ea tamen exhortatione eos imprecando ut a coniuratione mortis, ac ipſius executione deſiſtant, demumq; pro beneficio ſuæ liberationis per reſurrectionem habitæ, gratias rependit.*

## Cum inuocarem.

*Gloria Chriſti a beneficio cœleſtis gratiæ.*

A Vxilium Domini cum pura mente rogarẽ,
Audijt omnipotens triſtia uerba Deus.

Dum,



Dum pietatis habes, mœſtum ſolare dolorem,
Munera, perblandas dum capis aure preces.
Quid iuuat elatos mortales ducere faſtus?
Quid uos ò populi geſta ſuperba leuant?

*Apoſtrophat Chriſtus, ſub blaſphemos increpando.*

Cernite quòd magnum me fecit & unxit oliuo,
Auxilij peterem dum iuga celſa, tonans.
Bella parate uiri, ſed quæ meditantur in actum
Sanguineæ parcant corda uibrare manus.
Ponite thura focis, ſpes cœlo tendite ueſtras,
Ne ſpuat in clarum mens temerata diem.
Cognita ſunt uobis pallatia fulua Tonantis,
Et capit internum regna futura iubar.

*Bona, & fructus credentium.*

Panificos fructus, & opes, et munera Vini
Chara triumphalis munera mundus habet.
Pacis obumbrabit me ſpiritus, ille ſoporem
Ingeret, hos artus nutriet alma quies.

*Tabernaculũ Dei.*

Spes mihi chara ſoror, comitẽ ſequar, oĩa dat ſpes.
Spe duce, uita, ſalus, ſpe duce fotus ago.

## ARGVM. PSAL. V.

*Introducitur Chriſtus, aut eccleſia, pro ſuis orans, ut a futura calamitate liberentur: tum propulſis omnibus tyrãnorũ minis, Hæreſum, ac ſchiſmaticorum deliramẽtis, Deo deſeruiant libere.*

 Verba

## Verba mea auribus.

*Clamoſæ uocis ad Deũ deprecatio.*

A Rrige ſume Deus noſtris clamoribus aurẽ,
Excipe quas fũdũt pectora mœſta preces.
Triſtia dum querulos ſpirant præcordia fletus
Nil dedigneris ferre benignus opem.
Excutiens tenebras quia Solis ad alba ſedebo
Atria, uerba tonans manè petita feres.
Manè ſedebo uidens ſurgentis lampada Phœbi,
Nox grauis offendet nec leuis umbra pedem.

*Operarij ſceleris quos odit Deus.*

Tunc neq; uir ſceleris tecum, nec templa ſubibit
(Aſper at ultor eris) tincta cruore manus.
Iudicis horrendos uultus qui crimina fingunt
Haud fugient, perdes garrulitatis opus.
Funeſtos horres, pectus ſpuis arte doloſum,
Quicquid ineſt ſceleris ſpicula dia petunt.

*Se reddit alienũ a uia ſceleratorum.*

En quis ego noſti, ſubeunti pandis Aſylum,
Hic ubi ſumme Deus, pronus adoro, ſedes.
Ne ruat hoſtis atrox conflicto uulnere, greſſum
Dirige, quo gradiar lux tua monſtret iter.

*Hoſtes ueritatis.*

Fallaces uultus mendacia uerba loquuntur,
Exigui portant carmina uana pedes.
Os uelut infernus, uel quod rapit oſſa ſepulchrũ,
Verte dolos, miſerum pœna ſequatur opus.

*Contra impios imprecatio.*

Explorata ruat uæſanæ factio mentis,
Authores ſcelerum iudicis ira premat.
Gaudeat alta cohors magnum uiſura tonantem





## ARGVMENTVM PSAL. IX.

*Narratur hic iudiciaria poteſtas* IESV CHRISTO *Meßiæ a Deo patre tradita contra cæcutientes Iudæos, cæterosq; militantis eccleſiæ tyrannos, de quibus idem Deus uictor triumphaturus eſſet.*

## Confitebor tibi domine.

*Laudatur Deus a miſericordia & beneficentia.*

S Vmme tonans laudes gratanti pectore dicam,
Cantabunt hilares aurea plectra modos.
Lætabor ſaliens, quoniam ſublimis ab alto
Rex bonus acceßit, ſydere cana fides.
Ad Barathri ſedes uæſanus mittitur hoſtis,
Ante cadit uultus gens inimica tuos.
Res mea grata fuit Cherubin ſuper alta ſedenti,
Dum fora cunctipotens arbiter æqua dares.
Tũc furor ad Solymos, & ad impia crimina gẽtis
Ingruit, uſq; ferox prodidit ira ſcelus.
Aurea formoſis prolapſa eſt rhomphea dextris,
Sub triſtiq; iacent diruta caſtra ſolo.
Hinc decus excußit quatiens ſonus aſtra tubarum,
Atq; per æternos imperat ille dies.
Ille throni ſolium firmauit, ut inclytus orbem
Iudicet, ac populos iuris ad æqua ferat.
Rebus in effractis potis es donare ſalutem,
Pro meritis grates pauper inopsq; dabunt
Sic ſperent domino tua qui ſacra nomina ſciſcunt,

Colligis aſſeclas, nec ſinis arte uagos.
Pſallite præclaras qui Sion ſubſtinet arces,
Gentibus egregium ferte tonantis opus.
Morte laborantes cœleſtis dextra petiuit,
Traxit et hoſtili corpora functa manu.
Proſpice ſumme tonãs, qđ me ferus immolet enſis,
Cerne quòd abiecta ſim reuolutus humo.
Tu me tartareis è faucibus ò hominum Rex,
Eruis, hinc laudes filia Sion habet.
Lætabor ſuper hoc, quia Rex dabis ipſe ſalutem,
Hoſtis & inuenta ſubdolus arte ruet.
Conſtrinxit laqueos laqueis circundatus author,
Inuoluere nigros retia rara pedes.
Aequa fori faciens iudex nõſcetur olympus,
Authores ſceleris iura ſeuera ligãt.
Mens oblita Deûm fatiq; ignara futuri,
Informes tenebras præcipitanter habet.
Indiga præſentis ſuberunt neq; tempora uitæ,
Qui patitur, tandem uincere fata ſinunt.
Ne ſolidetur homo, dentatum ſcande tribunal,
Accendat uultus lex tremebunda tuos.
Horridus his Regem ſtatuas iuriſq; miniſtros,
E fragili ſpectent robur inerme ſolo.
Vt quid ſumme Deus tanto deceſſeris æuo, *Rationabis planctus ecclesiæ.*
Hoſtibus unde iubes fulgida caſtra regi?
Quãdo ſuperbit atrox, dũ fulminat impius hoſtis,
Ardenteis crucient corpora nuda rogi.
Peſtifer in uotis uel ſic laudatur iniquus,
Fœlices



Fœlices credat mentis habere uias.
Hoſtis ineffractum pugilem ſubriſit acerbus,
Si ueniam quærat morte ſepulta lues.
Olli cæca nimis dominum nil corda uerentur,
Qua graditur turpi ſemita plena luto.
Impius abſcondet quæ ſenſa futura ſequentur,
Atq; triumphali uipra feretur equo.
Hæc uomit impia mens, has fundit in aëra uoces *Prophana Antichriſti uerba.*
Sola triumphabo, ſubdita quæq; regam.
Eſt labor, eſt rabies crudis germana tyrannis,
Numen abeſſe, dolo guttura plena ferunt.
Vt ferus innocuum uiolenta morte trucidet, *Antichriſti crudelitas.*
Protrahit inſidias ditis amatus ope.
Subdolus exurgit uelut atra dracæna rapinæ,
Quando cauernoſas excubat ante fores.
Sic ſtudet ancipiti miſeros ambage uiarum,
Fallere, deceptos ſic necat hydra greges.
Caſsibus obſtrictum cum pellax uiderit ultor,
Hærebit tacitæ penſile corpus humi.
Hæc ſunt uerba quibus mucro ſe fulcit acerbus,
Cæca Dei mens eſt, nec ſcelus aſtra uident.
Qui colis alta, manum ſuper his teſtare potentẽ, *Imprecationes eccleſiæ, contra impios.*
Accendant rapidas ignea tela faces.
Vnde ſuperbit atrox? dic cur miſer æſtuat alto?
An tenet oblitum uindicis ira ſcelus?
Cernis & enumeras quot ſint in agone labores,
Inter eamq; tuas corda ſceleſta manus.
Viribus effœtos cœleſtis militat axis
Tollere

Tollere fulcra manus fortia ſentit inops.
Frange nigros hoſtes, crudeles rumpe tyrannos,
Tum proſcripta leuis nomina uentus agat.
O miſeræ gentes, uos tartara fuſca morantur,
Regnabitq; potens omnia ſecla Deus.
Expectent humiles ornata palatia cœtus,
Adſcriptosq; duces ſtellifer orbis habet.
Accleres furias, ne dios iactet honores,
Aut leuet inflexum ſæuior hydra caput.

## ARGVMENTVM PSAL. X.

*Conſolatoria Ratio mentis adflictæ, ſub perſona Chriſti Saluatoris Deum patrem deprecantis, quo bonis malisq; ut iudex æquus æqua præmia compenſet.*

## In Domino confido.

AD dominū mea ſpes, in cœlos gloria tēdit,
Ceu paſſer montem, mens petat, hoſtis ait.
Abſcondit celeres hamata pharetra ſagittas, *Retia doloſa peccatorum.*
Vt rectos feriant noxia tela uolant.
Turba manus ſanctæ, quem claris montibus olim
Plaſmarunt lacerat, quid ſibi iuſtus habet?
Ardua templa tonans ſuperas Deus incolit ædes,
Clara ſuper Cherubin Rex ſuper aſtra ſedet. *Euerſio peccatorum per Chriſtum.*
Clamoſos inopes radians proſpectat ocellus,
Iura ſuperālij phasq; nephasq; notant.

Poni



Ponit in æquato libramine pondera cenſor,
Qui ſcelus impingunt neſcit adeſſe tonans.
Horum pes laqueis, ac ſpiritus igne ligatur, *Alluſio ad ſodomorū ſubuerſionē, ge. 19.*
Tartareo qualem dira procella uomit.
En probitatis apex bonitatem, ius amat author,
Iuſtitiæq; ſacer grammata uultus habet.

## ARGVMENTVM PSAL. XI.

*Amiſſa originali iuſtitia per Adam, corruptis hominū moribus per uanas gentilium ſuperſtitiones, ſacris deniq; literis per falſas Scribarum, Phariſæorū et Sadducæorum traditiones præuaricatis, exclamat Dauid ad Chriſtum, ut in carnem ueniat præmiſſos errores purgaturus.*

## Saluum me fac.

CVm peat ſanctus, nec frontis ſeruet honeſtas
Quæ foris effinxit, reſpice corda Deus.
Vnuſquiſq; ſuo mendacia uerba locuti, *Mēdaces filij hominū, Adulatores, et numinis contemptores.*
Mille uomunt artes, carmina, mille dolos.
Attere mordacis contexta uolumina linguæ,
Magniloquos uates ora ſuperba ferunt.
Grandiſonas molli iactarunt plaſmate uoces,
Quis domet infrenes, noſtra labella, Deus?
Compatior miſeris, plāctus ſolabor amaros,
His ego conſurgam quos labor anxit iners. *Verba Chriſti errores hominum reprobantis.*
Res erit in portu, ſuberunt in ſigna triumphi,
Quos ego funeſta morte ſecundus agam.

Fæmina

Integritas uerbi diuini,

Fœmina caſta Dei uelut id quod ab igne probatur,
Argentum rutilans quod nigra ſoluit humus.
Tu nos paſtor oues, timidumq; uocabis ouile,
Hic ubi mordaci non furit ore lupus.
Criminis atra ſeges longis ambagibus errat,
Nec ſubit ætheteas gens peregrina domos.

## ARGVM. PSAL. XII.

*Querela ſanctorum patrum de longa mora aduentus Chriſti in carnem, eoq; ac per ipſum deſiderantium iuſtificari, et a peccati iugo liberari.*

## Vſq; quo domine.

Affectus mentis perturbatæ

MAgne quouſq; tonãs noſtros oblite labores,
Auertis faciem, nec mala paſſa uides?
Quàm peregrina diu quatiet meditatio pectus,
Aut teret infœlix membra caduca dolor?
Mole quouſq; graui me terror ſcandet acerbus,
Da præceps ſtupidum ne grauet ira nephas.
Illuſtres mentis tenebras, ne callidus hoſtis
Morte ſub extrema præualuiſſe ferat.
Qui uexant animam, gaudebunt, morte ſubactus
Si fuero, mea ſpes ſuſpicit unde ſalus.
Quum faciant hilares cœleſtia numina uultus,
Cantabunt dios organa noſtra ſales.

Ar



## ARGVMENTVM PSAL. XIII.

*Ex labe primi parẽtis, corrupto quoq; flagitijs humano genere uſq; ad Dei contemptum & numinis abnegationem arguit Pſaltes impietatem Iudæorum, qui Deum Chriſtum ſæculi reparatorem recipere contempſerunt.*

## Dixit inſipiens.

STultus, & inſipiens qui cœli deſpicit arces,
Diuinum rebus numen ineſſe negat.
O ſcelerum pelagus, mortales arte nephandi,
Non eſt qui toto patret in orbe bonum.
A ſuperis teretes dominus prætendit ocellos,
Si foret in terris relligionis amor.
In ſcelus omne ruunt, gens ſemper inutilis errat,
Vix datur in toto qui patret orbe bonum.
Mollia concurrunt fatalibus ora ſepulchris,
Lurida ſub molli fauce uenena latent.
Guttura fœta dolis ſunt intus abyſſus, & error,
Fixit ut occidat dextra maligna pedem.
Ventus, & infœlix miſeros uia ducit in orcum,
Haud releuat tales pacis ad aſtra timor.
Nonne mali fautor cæleſtes ſentiet iras,
Qui populum noſtrum panis ut oſſa uorat?
Rarus in aſtra rubor, qui triſti clade fugatur,
Hunc timor aſſequitur, nec timor ullus ineſt.
En cadit è cœlo ſpes aurea, credite gentes,

Malorum ſtudium.

Comminatio Dei ad impios.

Liberatio a Chriſto.

b O celſum

O cælſum miſeri aut reprobatis opus?
Quis dabit ex Sion (quum ſit captiua) ſalutem?
Libera dum fueris plaude redempta cohors.

## ARGVMENTVM PSAL. XIIII.

*Admiranda interrogatio inſtar Dialogi, in qua uates Chriſtum Meßiam futurum regem ſæculi reparatorem rogat qui futuri ſint eius aſſeſſores, quos tandem reſpondēdo enumerat cognoſcēdos per uirtutes quibus præeminere debeāt.*

## Domine quis habitabit.

*Vatis interrogatio.*

O Deus altitonans, quis fulua palatia cœli
Scandet, ut in ſancto monte quieſcat eques?

*Reſponſum diuinum.*

Quem ſceleris labes, quem nec corruptio nigrat,
At gerit in ſancto pectore legis opus.
Qui uerbum ficto nuſquam ſub famine prodit,
Nec uibrat ancipites frigida lingua dolos.
Impia ſubduxit cuius nec dextra quod eſſet
Alterius, nec atrox garrula probra tulit.
Regis in aſpectum uitio phaleratus inani
Ducitur, atq; probi ſtemma decoris habent.
Cui rata ſunt fidei commiſſa, pecunia, nec res,
Multiplices auxit dona per ampla foros.
Qui patrat ætherex ſanctiſsima munera legis,
Non cadet à ſupera uir benedictus humo.

Argumen



## ARGVMENTVM PSAL. XVI.

*Oratio deprecatiua Chriſti, humiliantis ſe in perſecutione Iudæorum, ubi per immortalis uitæ adeptionem, mortis triumphum, atq; ſuper omnes creaturas iudiciariam poteſtatem ſibi condonari obnixe poſtulat.*

## Conſerua me domine.

Magnus adeſto pater, mea res tibi nota redemptor,
Nil operis noſtri maximus author eges.
Quos uolui, ſanctos fundauit honora poteſtas, *Deus in ſanctis habitat.*
Hiſq; tulit ſtabilem cœlica terra locum.
Imprimis fallax illos ſeduxerat orcus,
Poſtea ſyncæro pneumate traxit amor.
Non mea crudeli delubra cruore dicabo,
Sed minus infandos alba papyrus habet.
Pars mea ſumme Deus cui cœli militat axis,
Poſſeſſas toruo defer ab hoſte domos. *Hæreditas noſtra Ieſus Chriſtus.*
En cadere mihi ſub amœna ſilentia funes,
Regia ſtellatum tecta uenuſtat ebur.
Magnificum celebri laudabo carmine Regem,
Vſq; tulere mei mortis ad ora minas.
Non oblita Dei bonitas, non dulcis imago, *Clemētia dei bonis fauet.*
En lateris princeps aſtat in orbe tonans.
Idcirco tractant hilares mea pectora cantus,
Candida prædulcis ſubfouet oſſa quies.

 Non

*Non dabis hanc animam triſtis deglubat Auernus,*
*Haud dabis hoc ſanctum corpus ineſcet humus.*
*Nota mihi fœlix fuit hactenus orbita uitæ,*
*Ad latus æterni patris adeſſe iuuat.*

## ARGVMENTVM PSAL. XVI.

*Introducitur Chriſtus in hac oratione petens liberari in ſe per reſurrectionẽ, et in membris ſuis à perſecutione tyrannorum, tam Iudæorum quam gentilium de quibus tandem ultionem imprecatur.*

## Exaudi domine.

*AVrea uerbigenæ Deus ò ſapientia prolis,*
*Protinus exaudi, quæ mea uota petunt.*
*Aſpice quàm liquidas querulo ſub pectore uoces*
*Profero, ſub roſeo non ſedet ore dolus.*
*Argumẽtum perſuadendæ conſolationis à cauſa iuſta.*
*Quidquid ineſt ſceleris iudex proſpectet ocellus,*
*Atq; boni quod ineſt dextra ſeuera notet.*
*Illuſtris ſpecies auri uelut igne probatur,*
*Sic mea ſub denſa pectora nocte patent.*
*Exprobror, hymniſonis quia non ſermonibus utar,*
*Me ſynagoga petit, ꝙ ſacra uerba profor.*
*Petitio pro tentationibus fragilitatis humanæ.*
*Vt non erret inops, inceptos perfice greſſus,*
*Orbita non aliò dirigat orta pedes.*
*Ad ſacra dum clamo, clamantem protinus auris*
*Audit, & effuſas mens legit alta preces.*

*Hæc facis*



*Hæc facis æternos accreſcere dona per orbes,*
*Spes tua quos refouet, nobile munus habent.*
*Ex his infenſum, quibus eſt exoſa poteſtas,*
*(Vt uigiles oculos chara pupilla) tegis.*
*Mollibus alarum fugiens abſcondar in umbris,*
*Non ego fatali territus enſe cadam.*
*Vallarunt animam congeſtis montibus hoſtes,*
*Cordibus è tumidis uerba ſuperba fluunt.*
*Verbere conflictum quia me uidere cadentem,*
*Quòd petat inſontem nil facis atra manus?*
*En me diripiunt, ueluti leo tractus ad eſcas,*
*Lanigerum curuo qui terat ungue pecus.*
*Surge uelox, animam ſerues, extingue furorem,*
*Vltio petita de impijs Iudæis*
*Futilis atq; meo turba ſub enſe ruat.*
*Gentibus extorrem multis abſcinde popellum,*
*Impia cum Gazis claßis onuſta crepet.*
*Fœcundo patres ſaturantur munere prolis,*
*Oppletasq́; capit ſtirps opulenta domos.*
*Aſt me poſt multos ſaturũ ſpectabis Agones,*
*Cum ferar in uultus, ac ſuper aſtra, tuos.*

## ARGVMENT. PSAL. XVII.

*Gratias agit Chriſtus Deo Patri pro beneficio reſurrectionis ſuæ, ac redẽptione humani generis, poſt habitos de regno mundi huius triumphos.*

## Diligam te domine,

 Te

TE plauſis laudem manibus diuina poteſtas
Conſulit humanæ pacifer ardor opis.
Tu meus adiutor releuas qui morte iacentem,
Cornua nam placidæ clara ſalutis habes.
Carmen & illuſtri meditabor arundine cantus,
Semper ab hoſtili cuſpide ſanctus ero.

*Expreßio paßionis, & anguſtiarũ Ieſu Chriſti.*

Heu me Parcarum circũdat iniqua Tyrannis,
Meq; nigri ſceleris torruit ægra cohors.
Si maiora loquor, diri per mœſta dolores
Corda fluunt, laqueos Parca tetendit iners.
Dum tribulor, clamo, triſtes ad templa querelas
(Hic ubi cœleſtis numinis ara) fero.

*Modus liberationis generis humani p Chriſtum, ad notas figurarum redemptionis populi iſrahelitici de Aegypto, & mari rubro traducti.*

Dum furor exarſit per olympica regna Tonãtem,
Horribilem ſonuit lubrica terra ſonum.
Sedibus à ſuperis fulgur iaculatus & ignes,
Impia læthifero fulmine tela pluit.
Vt Deus in terras cœlo deſcenderet alto,
Cœlica declinum lactea fecit iter.
Ille ſuper Cherubin reſidens delatus in auras
Præcipites, leuibus celſa uolauit equis.
Nubibus obtectus denſis nigret imbribus aër,
In tenebras poſuit qui latuere pedes.
Præ fulgore tonans nubem ſuperauit olympus,
Cum daret is uocem, fulgur, & ignis erant.
Dura ſubardentes penetrarunt membra ſagittæ,
Terruit hoſtiles flamma coruſca domos.
Vnde fluunt lymphæ tellus monſtrauit Abyßos,
Strinxit arenoſos per uada cæca pedes.

Has



Has ſcelerum uindex horrendus fabricat iras.
Id fulmen ſupera mittit ab arce Tonans.
Liber & infenſus tandem mordacibus undis
Exuor, iſta mihi uenit ab æthre ſalus.
En captiuatum qui me riſere triumphi,
Caßibus ereptum per ſua caſtra dolent.
Dum me conficerent triſti ſub mente dolores,
Rorifer influxit pectora ſicca polus.
Fletibus exhauſtis replerunt gaudia pectus,
Maieſtas docuit quòd Ioue plenus eram.

*Hic explicatur quo iure redẽptio noſtra facta ſit per Chriſtũ.*

Quod bonus effeci, bonitas immenſa Tonantis,
Retribuetq; ſacer quod manus æqua tulit.
Perq; Dei ſanctos graditur mea ſemita montes,
Non mens ſyncæro flexit ab axe pedem.
Quicquid habent Solymæ ſacrata uolumina legis,
Id pulcher nitido pectore uultus habet.
Sicut ab humano ſelecta ſiniſtra trahuntur
Puluere, ſic uitijs immaculatus ago.
Inde triumphalis ſtellata uidebo Panomphæi
Atria, patritias inter amicus opes.
Hic mea cum ſancto uertetur imago Tonante,
Efferet inſontem candida dextra uirum.

*Apoſtolos intellige qui totum orbem ſibi uẽdicarũt.*

Sic pius ad charos extendito rara ſodales
Pignora, crudeles improbitate ruant.
Fœlici tollas humilem ratione popellum,
Extenuesq; graui corda ſuperba pede.
Aurea lucicomo qui das inſignia ſoli,
Perſpicuum laxes cæca ſub ora iubar.

b iiij Horri

Horrida ſi qua manent ueteris diſcrimina belli,
Te duce uictrici Rex ſuperabo manu.
Impolluta tenes ſacri ueſtigia cœtus,
Fortis & in dextra, quod tenet orcus, habes.
Eia age, quis Deus eſt ultramundana potentis,
Qui ſuprà Cherubin læue tribunal habet?
Ille Tonans, ſolida qui me uirtute recinxit,
Fœlices magno fecit in orbe uias.
Ille graui celeres firmauit robore greſſus,
En mihi ſydereus (dum uolo) cedit apex.
Robur & æratos dextrarum uertit in arcus,
Cinxit & artifices ad fera bella manus.
Quòd mihi pro clypeis potis es donare ſalutem,
Aere fatigatum me tua dextra iuuat.
Id facio qđ habent tua dogmata, qđ mihi plus his
Fingam, iura capis quæ facienda iubes.
Multiplices ueniunt ad candida ſabbata riſus,
Poſtq; meos graditur maxima turba pedes.
Perſequar hoſtiles turmas, bellabo tyrannos,
Nec furor inde cadet, donec in enſe ruant.
Confringam neruos poterunt nec ſtare ſuperbi,
Grex uelut exacta qui ſuperatur ope.
Cum mea belliſonæ quaterent præcordia uoces,
Subtus erant niueos ſpicula denſa pedes.
Aut cadit in dorſum ueloci marte fugatus,
Decidit aut miſero funere uictus eques.
It clamor cœlo, nec cœlum uindicat iras,
Quamuis audierit, reſpuit alta polus.

Quibus armis uſus ſit Deus, in expeditione facta inimicos contra iudæos, ac gentiles.

Explicat modū deſtructionis & captiuitatis iudæorum.

Poſt paſſionē ſcilicet clamāt fruſtra Chriſti inimici quia his clauſum eſt cœlum.

Nempe



Nempe luto ſimiles hos pulueris inſtar euntis,
In uenti faciem cœlica uirga premet.
A populo mendis ſaturo uel gente rebelli,
Eripe me, ſtatuant barbara regna domum,
Quem neq; ſignarem ſacras mihi fabricat ædes,
Me petit, & ſupplex uentilat ære focum.
En mea progenies, delectæ gentis origo
Claudicat, & recto non tenet arma pede.
Viuat condenſum princeps benedictus in agmen,
Qui meus eſt fautor, remq; ſalutis habet.
Hic mihi uictrices Solyma de plebe coronas
Condit, & egregia ſuſtinet arte uirum.
Vnde ſalutares inimica per oſtia palmas,
Porriget, hinc tracto ſubſtrahet enſe gradū,
Quas ob res parta referam de gente Camœnas,
Tempore permulto Rex mihi ſanctus erit.
Sydereo magnas faciam pro Rege ſalutes,
Atq; meo Dauid ſemine notus ero.

Erectio populi gentilis per obedientiam, abiecta iudæorū nequicia.

carnalis iudæa ſcilicet claudicat falſo legem meam interpretans.

De populi cōuerſione gentilis gratias agit Chriſtus.

## ARGVMEN. PSAL. XVIII.

Comprobatur Euāgelium Chriſti per totū orbem ab Apoſtolis, & doctoribus eccleſiæ mirabili luce doctrinæ fuiſſe promulgatū, Metaphora ſumpta a claritudine, uiq; corporum cœleſtium, quæ ſuis lationibus inferiora hæc moderantur.

## Cœli enarrant.

Enar

*Alludit Pſaltes nouo mũdo ſpirituali. Regnum uerbi Dei.*

ENarrant cœli quàm ſit precioſa Tonantis
Gloria, quódue potens machina geſtet opus.
Clara dies lucẽ uerbum pronunciat, & nox
Illuſtrat noctẽ, nox tenebroſa docet.
Iam nullũ dociles firmant idioma loquelæ,
Quarum non uocem barbara lingua notet.

*Apoſtoli uerbi diuini preacones.*

En ſonus illarum per cunctos ſpargitur orbes,
Voces extremos in Garamantas eunt.

*Statio uerbi in ſole, id eſt in ueritate.*

Ardenti poſuit ſub ſolis imagine ſedem,
Procedens thalamo ſponſus ut ipſe ſuo.
Ille currit iter læti de more Gigantis,
Sedibus à ſuperis ſignat habere uiam.

*Humanæ ſalutis uiam dicit.*

Vnde trahant ortus, ſignant ſua monſtra receſſum,
Succendit radians aſtra rotunda calor.

*Fructus legis diuinæ.*

Candida lex animas leuibus præſtantior aſtris
Irradiat, ueri conſcia teſtis adeſt.
Clara Dei facies hilari ſub pectore ſenſum
Ponit, & illuſtrat lumina cæca Deus.
Sacroſancta ſuis quoniam lex indicat æquum,
Rarus inæternum permanet uſq; timor.
O ſuper auricomos ueri præſtantia uultus,
Exuperas dulces gemma nitore fauos.
Nocte dieq; uigil ſeruat ſacra dogmata cuſtos,
Scis dare cuſtodi præmia larga tuo.

*Petit gratiam quo ualeat euangelicã legem obſeruare.*

Quis ſceleris nouit morſus? exclude latentes,
Sunt aliena licet uulnera, parce Tonans.
Barbarus ille mihi nuſquam dominabitur hoſtis,
Si mihi Rex parcas, crimine terſus ero.

Fac



Fac Deus ut placeant radioſa profamina cordis,
Ante tuos uultus aſtet honeſtus amor,
Eſto meus rector, princeps, ſolamen honoris,
Fœlix humanæ conciliator opis.

## ARGVMENTVM PSAL. XIX.

*Militantis eccleſiæ imprecationes pro Chriſto Meßia, ſacerdote, legiſlatore, hoſtia uitæ, populi paſtore, qui facto ſacrificio tartarum expoliauerit, atq; in cœlum uictor, & triumphator aſcendens iudiciariam poteſtatem ſibi uendicauerit.*

## Exaudiat te dominus.

TEmpore ſub querulo ridẽs te ſpectet ocellus,
Te ſeruent Iacob grammata tettra Dei.

*Anaſtrophe figura.*

Rex tibi ſuppetias fœlix demittat ab alto,
Pacificus Sion te tueatur apex.
Sit memor & ſacri, celebres quod mittis ad aras,
Et cadat in feſtos hoſtia blanda ſales.
Dulcia quos redoles ueniant in uota triumphi,
Senſaq; perpetua ſint ſtabilita manu.
Quando ſalutares mundo ſpiraueris auras,
Gaudebit ſæua morte redemptus homo.
Impleat hoc dominus quod fertur in æthera uotũ,
Quòd ſua (cognoui) numina Chriſtus habet.

Audiet

Verba Prophetæ

Audiet hunc genitor pro uiribus arma petentem,
Armipotens robur cœlica dextra feret.
Curribus hi certant, rapidis Elephantibus illi,

Victoria à Christo

Christifer in ſancto nomine pugnat eques,
Certantes ferro clypeis cecidere ſubactis,
Nos tamen extolli ſydera fulua ſinunt.

Peroratio

Aurea magnanimum ſerues in tempora Regem,
Noſtraq; fœlia ſint rata uota die.

ARGVMENTVM PSAL. XX.

Apoſtrophat Pſaltes Dauid ad Deum patrem, præuidens in exſtaſi prophetica, futurũ Regem CHRIſtum Meſſiam Regnumq; ac mirabilem Regni ipſius poteſtatem, ubi redemptionis humanæ naturæ myſteria citantur.

## Domine in virtute tua.

LVcida pompales q; ceſſerit aura triumphos,
Ridebit magno florida palma duci.
Quotquot in auratum uenerunt carmina pectus,
Compleuit dulci cœlicus ore fauor.

Deſcriptio regni triumphantis Chriſti.

Iſta fuere ſacro quondam præuiſa Tonante,
Hoc dederas capiti Rex diadema pio.
Viuere per longos petijt, quod æſſeris, orbes,
Cui nunq̃ tribuent ſæcula longa mori.
Summa Deo laus eſt nitidum ſpirare decorem,
Cur Deus hoc præſtes? uir tibi charus erat.

Charus



Charus erat, nec abeſt diuini gratia uultus,
Deſuper æternus cui benedixit amor.
Hoc habet, æthereа ſperauit ab arce ſalutem,
Quem neq; fraudabit æthre petita ſalus.
Caſtiget miſeros ultrix catapulta nocentes,
Inuiſum rapiant tela triſulca genus.
Hos uelut ardentem clibanum, dum uenerit ira,
Iratus ſtatues, uoxq; ſiniſtra premet.
Et genus, & nomen cunctis odioſa ferentur
Gentibus, expulſis caſtra negabit humus.
Huic ideo generi fies crudelis, & aſper,
Conſilium finxit quod ſtabilire nephas.
Quare præcipites in tortilis ora Baratri,
Mittis, in æternum regna datura chaos.
Exaltare Tonans, celebres cantemus ut odas,
Victriceſq; leuent regia ſceptra manus.

Imprecationes uindictæ in eos, q Chriſtum odio perſecuti fuerint.

ARGVMENTVM PSAL. XXI.

Elegia Chriſti in cruce pẽdentis ad Deum patrem conquerentis: q apud eum ſua minime ualuerit oratio nec a morte dum pro humano genere pateretur liber euaſerit.

## Deus deus meus reſpice.

O Pater in terras uultus accende ſerenos,
Cur me deſtituit uicta labore ſalus?
Nocte dieq; graui gemitu clamabo parentem,

Vox Hebræa canit, Eli, Eli, Lamma Aſdaphtani.

Nec

Nec mihi ſuppliaa mente uocatus ades.
O Deus Iſrahel cum ſim(rogo)criminis exors,
Cur fera mortali ſpiaula parte nocent?

*Argumẽtum a maiori.*

In te ſperarunt oppreſsi funere patres,
Sperarunt, nec opus grande fefellit amor.
Flebilis excelſum conſcendit ad æthera clamor,
Nec traxere ſuas uota repulſa preces.

*Humilitas & abiectio Chriſti.*

Vermis ego, nec homo, mendoſi fabula uulgi,
Quòd me deſtituas ſum mihi factus inops.
Qui me conſpiciunt ſine charo patre iacentem,
Mouerunt lentum torta ſub ora caput.

*Cantio blaſphemiæ.*

Infamis ſunt hæc ſcelerata uolumina linguæ,
Liberet omnipotens pignora chara Deus.

*Captat beneuolentiã a genere.*

Solus es ipſe Tonans qui matris ab ubere fotum
Duxeris, alma parens non mihi terra fuit.
En tibi iunctus eram, cum primum mater in aluo
Senſit honorifica pro genitrice capi.
Huc ades omnipotẽs, ſupereſt certaminis horror,
Si mihi defueris, auxiliator abeſt.

*Forma tyrannidis in Chriſtum ſæuientis.*

Ecce canes, rabidos circum mea clauſtra latratus,
Præpingues tauri claſsica rauca boant.
Materiam ſceleris per tot conuitia fundunt,
Vngue leonino membra uenuſta notant.
Sicut & infœlix effunditur unda cloacis,
Sic mea crudelis deijcit oſſa furor.
Nam uelut ardenti ſub phœbo cæra liqueſcit,
Sic fluidum pectus debilis aluus habet.
Viribus exhauſtis ſiccis uox faucibus hæret,

Tu quo



Tu quoq; fatifero me ſinis enſe mori?
En mea latrantum rabidi præcordia dentes
Obuoluunt, plæbis me tuba damnat atrox.
Foderunt dextras, manibus dant ſpicula morſum,
Oſſa benigna ferus dinumerauit eques.
Cum me ſpectaſſent horrendo ſtipite uinctum,
Alea ueſtali ſortis in aſſe fuit.

*Orat Chriſtus pro ſui ac ſuorum reſurrectione.*

Quiſquis & is fuerit ueniens per ſingula caſus,
Auxiliatricem te dare quæſo manum.
Tolle ſoporifero noſtratia membra dracone,
Ne canis hanc animam mordicus ille uoret.
Obſerua mi Rex anſancta leonis ab ore
Membra, fluant humili cornua trita pede.
Si pius adfueris, cunctis tua nomina dicam
Fratribus, atq; ferent templa ſuperba Deum.

*Exhortatio Chriſti ad fideles ut pro redemptionis beneficio laudes Deo perſoluant.*

Quiq; tenetis opes, inuictum noſcite Regem,
Vos Iacob ſemen carminis aura leuet.
Vos genus Iſrahel, plebs, ac delecta poteſtas,
Diſcite magni cum turba timere ducem.
Cum meus altithronum ueniſſet ad æthera clamor
Spiranti genitor lumina clara tulit.
Vnde pater dicam uiuaci pectine laudes,
Me quoq; ſyncærus tollet in aſtra decor.

*Eccleſiaſticis ſcilicet ſacramẽtis ſeu myſterijs.*

Cantabunt humiles oppleti pinguibus eſcis,
Attollentq; ſacri nobile Regis opus.
Iam nouus accendet gentilia pectora ſanguis,
Corruet in tetrum dæmonis ara chaos.
Numen adorabunt uenerabile, trina poteſtas,

Maieſtas

Maieſtas, & honos, dux ſacer orbis apex.
Solius eſt domini ſceptrum, qui uerus in orbe
Regnat, & immenſo numine cingit humum.
Senſit adoradum (quæ tanti farris ariſtas)
Excuſsit paleis gens tremebunda ducem.
Inde mei uiuent illi per ſingula ſenſus,
Huic mea progenies grande poëma feret.
Hinc cœli laudes, geneſisq; futura ſubibit,
Quas ſacer immaduit cælibe fonte liquor.

## ARGVMENTVM PSAL. XXII.

*Enumerat Pſaltes ſub typo eccleſiæ agrum illum myſterio rum, fructuoſum, ac delectabilem, in quem uerus paſtor do minus noſter IESVS Chriſtus poſt adeptum mortis tri umphum gregem ſuum ſtatuerit, & ex quo ad immorta litatem uitæ transſferretur poſt uitæ huius decurſum.*

## Dominus regit me.

HIc mecũ Deus eſt, hic uernãt florida tẽpe,
Frontis delitias paſcua pinguis habet.
Hic fontem ſtatuit magni ſapientia Regis, *Baptiſmatis deſcriptio.*
Hic ſaliens riuis diluit atra liquor.
Me trahit in ſanctos hoc tramite ſemita calles,
Vt mea ſub diuo ſtemmate ſigna geram.
Per necis horrentes latebras nil figere greſſum, *Confirmatio.*
Nec mortem timeo te duce, fortis ades.
Quod



Quod caput inflexit, uel ſtrinxit agona flagellum
Non animam læſit, ſed leue membra fouet.
Aut ubi uel ſedeo, uel bello menſa paratur,
Inde graues ictus fortior haſta ferat. *Euchariſtia.*
Deſuper unxiſti præpingui corpus oliuo, 
Fœcundatq; meus corda ſerena calix. *Vnctio.*
Me ſacer iſte locus per tempora longa beatum,
Dum uita fungar, perferet iſta ſalus.
Quò fit in Empyreos poſt hæc commeráe ſaltus, *Statio immortalis uitæ.*
Aeternaſq; uolet perleuis umbra domos.

## ARGVMEN. PSAL. XXIII.

*Vniuerſalis regni poteſtas quam adeptus eſt Chriſtus in die reſurrectionis ſuæ memoratur per duplices Apoſtrophas. Prima eſt ad principes inferi ut ipſi tanquam domino aperiãt portas inferi: Altera uero ad prĩcipes cœli ut eũ tanq̃ dominum ac triumphatorem in die aſcenſionis in regna polorum recipiant.*

## Domini eſt terra.

TEllurís uultus, & quos tenet arida fines,
Et quæ ſtrĩgit humus, dextra Tonãtis habet.
Vndarum pelagus, terræ ſtabiliuit & orbes,
Omnibus et metas iuſsit ineſſe Deus. *Vatis interrogatio ſuper his qui in cœlis fœlices regnabunt*
Scandet in æthereæ quis celſa palatia ſedis?
Et quis in æterna pes ſtatuetur humo?
Cui manus eſt inſons, cui pectora clara, nec inſtar
c Falſo

Falſo iurantis finxit in ore dolos.
Illi cedet honor, ridebit proſpera tellus,
Perpræſensq; bona numen habebit ope.
Chara Dei ſoboles, hæc eſt generatio ſummi
Numinis, is uultus rem deitatis habet.
Pandite tartareas ueniat Rex fortis in edes.

*Apoſtrophat ad Inferi principes.*

Tollite pœnales impia regna domos.
Vt quis Rex noſtris tam peſtifer appulit oris?

*Admiratio Infernorum.*

Dux ſacer, inuictus ſæua per arma tonans.

*Apoſtrophe ad cœleſtes.*

Pandite ſydereas ueniat Rex fortis in ædes,
Tollite gemmatas cœlica Tempe domos.
Vt quid Rex noſtris tam floridus appulit oris?

*Triumphalis admiratio cœleſtium:*

Rex cui uirtutum certat & orbis apex.

## ARGVMEN. PSAL. XXIIII.

*Verba ſunt humilis Adæ ſeu myſtici hominis humanæ fragilitatis ſtatum deplorantis, ac petentis dirigi a lege ueteri uſq; ad Chriſtum, qui peccatum per legem euangelicam deleat, & in eadem iuſtificetur uitæ æternæ fructum conſequendo.*

## Ad te domine leuaui.

*Precantis humilitas:*

AD tua regna Tonãs, cui fido, corda leuaui,
Fac meus in uotis non minuatur amor.
Da tibi confiſum ſæuus non rideat hoſtis,
Non pereant mentes quæ tua caſtra petunt.
Frangentur miſeri, perdentq; ſceleſta nephandos,





Venerit unde chaos eſt ſubitura lues.
Quæ uia ſit recti, quæ legum ſemita, monſtres,
Conſule quo pia mens tramite pergat iter.
Vt radios uideant ſolaminis, erige uultus,
Sub tua deuotus præmia certet eques.
O pater ætherei ſpecies, ac conditor orbis,
Tempora ſæclorum quantus amore notant.

*Miſericordiæ Dei immenſitas.*

Inſcia patrarit uel quæ delicta iuuentus,
Aut ſcia compinxit, nil meminiſſe rogo.
Ad ſceleris numerum nuſquam tua lumina flectas,
Cerne quid immenſæ dux bonitatis habes.
Tu pius, ac dulcis, certa es pietatis origo,
Legifer errantes ad loca ſumma trahis.
Eſt tua manſuetis donata potentia rebus,
Iudicium rectum corda tonare doces.
Sunt domini leges, bonitas, & pacis imago,
Per tales graditur mens beneſtructa uias.
Ob quod nomen habes, diros abſolue reatus,

*Nomen Dei ſalutare.*

Immenſæ molis qui graue pondus habent.
Eſt modus, eſt dulcis ſtatio gratiſſima uitæ,
Vnde potes toto maximus orbe coli.
Qui magnum prono uenerabitur ore Tonantem,
Huic ſolidas ſedes aurea tecta parant.
Aſtrifer ille polus concedit, & inde uenuſtas,
Fœlicesq; animas regna beata decent.
Semper ad æthereum patrem mea lumina figo,

*Oranti ſiquidẽ ſpes eſt neceſſaria.*

Vnde meos ſoluet dura cataſta pedes.
Reſpice quàm grauido ſint oſſa coacta labore,

*Infirmitates humanæ cõditionis.*

Pauper, inops magnum ſolus agona fero.
Vulnera ſunt tanto paßim cõmixta dolori,
Turpiter informis detegit oſſa pudor.
Stricta ſeneſcenti puero uix corda ſuperſunt,
Morte fatigatas inſpice quæſo manus.
Quottidie leuius miſero mihi pullulat hoſtis,
Debilis unde cadam perdat aura modos.
Cuſtodi bone Rex animam, ne ſauciet ultor,
Illa tui uultus unica ſigna gerit.
Quòd te ſuſtinui, ſuccreuit copia gentis,
Et mea cum ſanctis portio iuncta ſedet.
Oratio charitatis. Quare ſacra tuæ conſerues iura cohortis,
Atq; leues populum dexteritatis ope.

## ARGVMENTVM PSAL. XXV.

Oratio Chriſti ad Deum patrem, qui tanq̃ Rex & ſacerdos, & caput eccleſiæ ſuas oſtendit innocentiæ partes, ut et illas membris ſuis communicare dignetur altißimus.

## Iudica me Deus.

IVdicium facias, nam dextro ſydere cauſam,
Sanctus & immunis ſub tua Roſtra gero.
Innocentia Chriſti ſequẽtibus comprobatur argumentis. Alea iactetur, ſi qua eſt nota conſcia culpæ,
Aut ſcelus infandum, corda tenella probes.
En pietas charo ſemper germana Tonanti,
Quæ ſuperis placuit, res mihi grata fuit.
Non hominum faſtus, non uana ſuperbia tollit.





Non rudis impietas eſt mihi facta comes.
Odiui mollis commercia ſtridulæ turbæ,
Haud mihi conceßit trux Synagoga locum.
Innocuos ſemper rebus ſectabor opimis,
Antè lauabo manus q̃ ſacra templa petam.
Si fuerim mundus, laudes cantabo ſupernas,
Cœlica diuinæ nomina mentis agam.
Curaui celebres donarent aſtra triumphos, Filius patris gloria.
Et Deus an ſancta pulcher in æde fores.
Haud ego præcipiter ſub triſtis funeris orcum,
Nec uigilet mecum tincta cruore manus.
Gens & iniqua cohors turpi ſtudioſa rapinæ, Impiorum deſcriptio.
Legum detractrix, munera dextra ſubit.
Aurea ſic ſpectes fœlicis ſæcula uitæ,
Creſcat ut auripotens tempus in omne ſalus.
Pes meus in recto compreßit tramite greſſum,
Hinc ego pro meritis ſacra benignus agam.

## ARGVMENTVM PSAL. XXVI.

Habita humani generis inſtauratione per Chriſtum hic eccleſia tyranno rũ crudelitate pacata gratias agit Deo, ac ſuper cultu diuino ampliando dierum longitudinem petit uſq; ad exitum immortalis uitæ, dicens ſe in aduentu Chriſti, illuminatam, & ad ſacrarum literarum intelligentiam lumẽ atq; uitæ tuitionem percepiſſe.

## Dominus illuminatio mea.

Quod ſapit ingenium, quid capient mēbra ſoporis,
A patre ſydereo proſilit, unde timor?
Si defenſor adeſt, ſi me iuuet ætheris aula,
A quo bella feram? quiſue nocere poteſt?
Dum mea crudeles diſcerpunt membra tyranni,
Carniuori mordent ſicut in oſſa canes.
Qui mihi pugnaces acuunt in bella coronas,
Iam uelut infauſto funere turba ruunt.
Horrida fatifero ſi milite caſtra leuentur,
Impauidus forti ſub duce bella geram.
Aut ego ſanguineas ſi cogar obire cohortes,
Hoc duce grandiſonum res penetrabit opus.
Hoc unum petij (Deus) incola ſedis ut eſſem
Aethereæ, fieres ac ſuper hoſpes humum.
Vt firmo uideam ſtellata palatia uultu,
Hic ubi perſpicuum regia ſcripſit ebur.
Impia dum mœrens quateret Rhamnuſia pectus,
Contexit pauidum penſilis umbra caput.
Conſcendi ſcopulum, me petra ſuperba leuauit,
Vnde ruunt hoſtes, & ſuper alta feror.
Hinc ſacra florigeris accinxi templa corollis,
Hinc pia ſub dulci diſticha uoce canam.
Tu Deus exaudi quas fundo pectore uoces,
Fuſas ſume preces, ac miſerere ſalus.

Iuxta illud, Si Deus nobiſcū quis contra nos.

Sæuitia perſequentium.

Victoriæ certitudo.

Quod ſane ſit neceſſariū perorat.

Domus refugij eccleſia a Chriſto fundata.

Petit conſeruari ac perſeuerare in cultu diuino.

Cor



Cor tibi cor mœrens dum mollia iura profatur,
Te ſacroſanctas quæſo parare uices.
Non tua ſubducto diuertas lumina uultu,
Nec grauis extenuet uota ſecunda furor.
Acceptum modico ne ſpreueris aſſe clientem,
Chara ſalutiferæ pignora mercis habes.
En pater, en genitrix, qui me genuere puellum,
Mandarunt terræ, me pietate foues.
Hinc uia diuinæ ſuccedit proxima legi,
Morbida ne tacito peſtis ab hoſte fluat.
Ne ſacer in morſus ueniam lacerandus atroces,
Aut prodat falſos lingua triſulca greges.
Spero uidere Deum, ſtellantis & atria cœli,
Dum tulerit ſtabilem uiuida terra locum.
Expectes pia mens, fortiſq; ſubito triumphum,
Nunc ſtringas ſolidam firma Virago manum.

Quaſi ex nobis nihil ſimus.

Apoſtrophat ad ſui mentē.

### ARGVMENTVM PSAL. XXVII.

Duo petit Chriſtus, primo ab inferis & ſepulchro per glorioſam reſurrectionem liberari, Secundo ultionem de crucifixoribus Iudæis prædicendo eorum damnationem, & Ciuitatis Hieroſolymitanæ deuaſtationem, demum gratias agit de beneficio adeptæ reſurrectionis.

c iiij Ad

## Ad te domine clamabo.

*Petitio ſe humiliantis.*

NE ſileas genitor, dũ Rex clamauerit ad te,
Ne rudis aſsimiler, qui uada nigra petiũt.
Excipias humili quos ſpargo mẽte labores,
Dum tollo nitidas ad ſacra templa manus.
Non mea crudeles ſectentur uela carinas,
Vnde ſacras lacerent horrida ſaxa rates.
Dulcia compoſitæ quæ pacis uerba locuta eſt,
Expuit à tergo lingua triſulca nephas.

*Vltio de hoſtibus petita.*

Exaret id quod iners uoluit compingere morbus,
Frangat & authorem machina lenta ſuum.
Lædere quo ſtuduit gladio feriatur & hoſtis,
Semine quo ſeritur pullulet atra ſeges.

*Deus ſuperbis reſiſtit.*

Cæca nimis mens eſt quæ tollit ab æthere numen,
Conterit omnipotens corda ſuperba Deus.

*Gratiarum actio.*

Quas ob res dicent te ſecula longa beatum,
Quòd pia Rex inopum uota benignus habes.
Effero multiplici quæ facta labore probantur,
Dum furit aſpera, ſors auxiliator ades.
Quæ trucibus cadit lacerata caruncula neruis,
Munere pacifico floruit alba cutis.
Qui ſtruxit gentes, firmauit robora plæbis,
Et quos altitonans Chriſtus adauxit, habet.

*Petitionis cõfirmatio.*

Euge poli rector ſerues bonitate popellum,
Atq; gregem ſolida proſperitate uoces.

Argu



## ARGVMEN. PSAL. XXVIII.

*Dauid inuitat omnes fideles, ut Chriſtum tanquam Deum et hominem in ſuo aduentu receptum habeant, ei Latriæ honorem impendendo propter heroicas ipſius uirtutes, quæ in tribus maxime conſiſtunt, utpote in beneficio creationis, redemptionis, & glorificationis.*

## Adferte domino.

CElſa Dei proles domini generoſa propago,
Nunc uobis aries mactet honore ſacrum.
Pangite nunc celebres diuini nominis odas,
Ducite luſtrales ad ſacra templa choros.

*Maieſtas uerbi diuini.*

Vox maieſtatis cœlo reboauit ab alto,
Concaua torrentes uox ſuperauit aquas.
Aethereas uoces, magnum ſonat illa Tonantem,
Celſus olympifero monte triumphat eques.

*Mirabilia Dei ex ſacris literis.*

Vox phalerata cedros, ſyluarum robora findit,
Et ſaltus Libani uox inimica ſecat.
Sic cadet hic numerus, ſternuntur ut ardua ſyluæ
Robora, dilecto rara corona datur.
Vox domini rapidos flammarum conſcidit ignes,
Vox immane ſolum pandit, & antra Cades.
Syluanos montes uelabit, et alta ferarum
Tecta, Dei templo gloria laudis erit.
Rex ſinit ardentes mortalis inambulet undas,
Quem fouet æterno blanda ſopore quies.

Has

*Has animæ dotes, hæc ſacræ munera genti,*
*Quam ſibi conſciuit dextra ſuperna feret.*

## ARGVMENTVM PSAL. XXIX.

*Gratias agit Chriſtus Deo patri de ſua reſurrectione, de glorificatione corporis ſui poſt humanæ redemptionis cō/ſummationē, explicās reſurrectionis, ac dedicationis præ/libati ſui corporis modum.*

# Exaltabo te domine.

*TE Deus ore probē, q᷑ me ſuſceperis hoſpes,*
*Nec procul abiectum Ludius hoſtis habet.*
*Quare grati as agat.* *Cum mea uulnificus pectuſcula rumperet angor,*
*Corporibus laceris preſto medela fuit.*
*Dum fera læthali iacerentur tela furore,*
*Deſcendit ſupera pacifer arce Tonans.*
*Protinus eduxit læſum ſub Auerna fluentem,*
*In ſtygios ruerent ne pia membra ſinus*
*Pſallite cantantes diuina poëmata Pſalmi,*
*Pſalmi, ſunt gratiarum ac tiones.* *Pſallite cui mundi machina tota ſubeſt.*
*Dum furit ira ferox, mœſtus furor ardet in illo,*
*Dum parat, bonitas ſub pietate micat.*
*A mortuis ſci licet reſurgē do.* *Poſtquam crudeli traxi de gente triumphum,*
*Hac nuſquam fragilis ſede moratur humus.*
*Quæq; potens rogito, cedit robuſta poteſtas,*
*Compluit has uires imperioſus amor.*
*Si tua me gratō facies diſcernere uultu*

Deſini



*Deſinit, hæc citò mens incipit ægra mori.*
*Hinc tua, ſumme Tonās, ſupplex inſignia poſcam,*
*Si fera laxentur tela, precabor opem.*
*Sanguine quid ſparſo mens utilitatis haberet,*
*Si celebres artus, puluis, & umbra forent?*
*Pallidus extinctos manes an prædicat orbis?* *Non mortui laudabunt te domine.*
*An ſuperas laudes tetra fatetur humus?*
*Me Deus audiuit ſæuos miſeratus Agones,* *Quaſi dicat, reſurrectio/nem meam re/demptio is opera com/probant.*
*Morte laboranti dextera iunxit opem.*
*Gaudia planctus habet, mœroris ſaccus obiuit,*
*Cedunt in feſtos ſiſtra ſonora dies.*
*Quò tibi perpetuum cantaret muſa decorem,*
*Deuoui numeros, quos citharedus ago.*

## ARGVMENTVM PSAL. XXX.

*Adam cū ſuis ſequacibus multiplici captiuitate cōfractus, deſiderans aduentum Chriſti accelerari, per quem ſperat & intendit liberari ad eundem Chriſtum apoſtrophat multitudinem dulcedinis miſericordiæ Dei commendans.*

# In te Domine ſperaui.

*HActenus ò mea ſpes, tutela ſuprema decoris,*
*Sperantem ſerues dexteritate uirum,*
*Arrige quæſo meis patulas ſermonibus aures,*
*Vt captum redimas accelerato gradū.*
*Eſto mihi rector, tutelariſq; magiſter,*

Me pro

Quia tu es ſolus ſalutaris, Fortitudo, & refugium

Me profugum capiet clara Tonantis humus.
Rara mihi uirtus, nullum mihi dextera robur
Profert, ni ſapias, quod gero mentis opus.
Vincula diſſoluas, quæ ſtruxerit hoſtis acerbus,
Auxilium præſtes, cui furit orcus atrox.
Trado tuis manibus nutantia ſlamina cordis.
Hanc reuoces animam ſub tua ſigna Deus.
Odiſti uanos ſpirantia nomina faſtus,
Atq; ſuperuacuum quod ſibi pectus habet.

Quaſi dicat, aliter ſapio, quam uanitatum mūdanarum obſeruatores, qui ſuis iuſtitijs, & operibus confidunt.

Aſt ego ad fidam ſolemnia uota repono,
Non me ſpes fallit, perdita regna dabis.
Vidiſti bone Rex humiles in pectore geſtus,
Quæ mihi ſancta forēt dextra benigna tulit.
Vt fugerem diros amfractus ipſe uiarum,
Ala fuit talis, & ſpatioſus ager.
Dum tribulor, ſuccurre, cadam ne feſſus in iras,
Aut mea forte grauis, diſterat exta dolor.

Explicatio calamitatum humanæ conditionis ex delicto primogenij parētis Adæ.

Vita labore grauis menſes lacerauit, & annos,
Annoſos gemitus ſupputat hora breuis.
Paupertas inimica ruens, è corpore uires
Tollit, & infirmum uix habet illa pedem.
Exprobrat hoſtis atrox, carpit mea dāna ꝓpiquus,
Concutit & notos tractus agone pauor.
Qui uidere foras inopem, conuerſa dederunt
Tergora, ſicq; ruit morte ſepultus amor.

Aurea cōparatio a uaſe cōfracto ſūpta quod a nullis emptoribus licetatur.

Vt quaſſum figuli uas nomen habetur inane,
Audiui de me fabula quanta foret.
Dum ſuper id faceret crudelis turba coronam,

Exclam



Exclamata meæ fata fuere necis.
At uerò ſperans ſonuit cor, dixit, ab alto
Numen adeſt, ſtabili cuius amore fruar.

Sperantis conſolatio, in diuina oratione.

Me Deus obſerues, animum confringe procacem,
Ne leo carniuorus dente ſequatur ouem.
Pande pios uultus, facies luſtrato ſerenas,
Vnde tuus noſtro pectore creſcat amor.

Victo petita de Chriſti perſecutoribus.

Hoſpes humus fiat truabus peregrina tyrānis,
Compeſcantq; graues muta labella dolos,
Quæ firmant falſos pro ueris impia teſtes,
Heu perit adducto ſchiſmate priſca fides.

Ex aduerſo honorū præmiatio præſignatur.

Quàm latet immenſum pelagus dulcedinis ò Rex,
Quod paradiſicolis regia tradet humus.
Effluit eloquij maieſtas, candor & artis,
Quam tua ſpes nutrit, non timet aura loqui.
Cum ueſana ſuos concurſus arma ſonabunt,
Tunc ſacra defenſos frons (uelut umbra) teget.
Dum requies illis, & quum ſuper aſtra ſedebūt,
Lingua uolubilibus quid feret atra ſonis?
O benedicta poli uirtus, ò ſumma poteſtas,
Quæ tales ſupera ponis in arce Deos.

Humum dicit illam terram uiuentium.

Dixit ab exceſſu mea mens, ut quid Deus abs te
Segregor? heu quid humū celſa uidere negāt?
Exaudis lachrymas, & planctus cernis amaros,
Dum tribulor, clamo, uoce rogatus ades.
Diſcite ſancta cohors uenerādum pneuma timere,
Inſontes rapiunt aſtra, ſuperba necant.
Eſte uiri fortes, animumq; parate uirilem,

Grat

Gratia pro raro certat amore tonans.

## ARGVMEN. PSAL. XXXI.

Eruditio ad pœnitẽtiam cuilibet peccatori neceſſaria, quæ a Chriſto fundamentum hab t, qui ex ſui paſſione redemptionis humanæ typum geſſit. Demum adnotat Vates impœnitẽtiũ, & obſtinatorũ pœnas, ac pœnitẽtiũ beatitudines.

## Beati quorum.

Consolatio peccatoris, delictorum remiſſio, quia a Deo non imputatur.

Foelices quorum ſors eſt oblita reatus,
Ac tegit abſconſum noxia uirga ſcælus.
Ille beatus agit, cui non Deus imputat Oraum,
Ex pœnæ modulo, ſed uacat ille dolis.
Quàm mihi culpa diu ſiluit, uox horrida mouit,
Nil faciunt gemitus, inueterata nocent.

Eruditio ex gratia Dei proueniens, q̃ cõtritionẽ cõmouet.

Nocte, dieq; grauis ſentit me dextra nocentem
Pungit & horrendum ſpina cruenta ſcælus.
Extunc pallida mors, extunc mihi cognitus error,
Iudicium faceres pectus inane tulit.

Peccati cõfeſſio.

Verba fatentis ago, percutiem crimina tundũt,
Dum ueniam poſco, dextra remittit onus.
Ad te pro ſimili clamabit fœdere ſanctus

Perſeuerãtia contritionis cũ pœnitẽtia

Omnis, amore ſacer quæq; benigna feres.
Impedient lachrymæ contrita mente fluentes,
Ne grauis accendat Tartara dira furor.
Tu protector ades, ne me ferus impliat hoſtis.
Aut lanient rabidi protinus oſſa canes.

Vt



Vt ſcius agnoſcas, quæ ueri luminis eſt pars,
Ardenti ſtabiles marte docebo uias.
Non in equo ſedeas, nec paſcat mulio carnem,
Nullus ab his ſtudium dexteritatis habet.
Tolle feras ſtabulis, quæ fœni paſcua mandunt,
Quæ tibi præpingui rore creauit humus.
Funeris actores horrenda flagella morantur,
Atq; probos diua ueſte coronat honor.
Plaudite ſancta cohors, diuinos pangite cantus,
Lauriger ac celebri cingat amore chorus.

Vatis inſtructio, ac doctrina ſalubris, cõtra uitanda peccata, quæ a tribus hoſtibus hic enumeratis accenduntur: Præmia cunctorum.

## ARGVMEN. PSAL. XXXII.

Inuitatoria ratio ad Chriſti laudes enarrandas, & de modo ipſum Deum laudandi, & de fructu laudis diuinæ.

## Exultate iuſti.

Pſallite pontifices reſono clangore Tonanti,
Almifluas laudes pectora caſta decent.
Pãgite ſubdulces cithara reſonãte camœnas,
Pro numeris Pſaltes organa tange decem.
Alta canore nouum reboet Symphonia carmen,
Nunc Sympſalma leues iactet in aſtra modos
Omnipotens domini uerbum ſapientia finxit,
Ex fidei merito ſuſpiciatur opus.
Eſt connata Deo bonitas & iuris imago,
Hoc ſpatioſa nitens arida munus habet.

Qualis eſſe debeat laudator.
Inſtrumenta Muſica.
Ratio diuinæ laudis.
Deus pater quia creator omnium:
Deus filius ꝙ in ſapiẽtia regat omnia:

Cœlor

*Deus ſpiritus ſanctus quia habēt omnia uirtutē a ſpiritu oris eius.*

Cœlorum uertex domini ſermone paratur,
Illius & uires ſpiritus oris habet.
Torrentes pelagi perprudens ſegregat undas,
Extremamq; iubet quærat Abyſſus humum.
Arida contiœat miracula barbara tellus,
Miretur tantas maximus orbis opes.

*Modus creationis.*

Ille opifex rerum dixit, quum fingeret orbem,
Continuò creuit uoce tonante ſeges.

*Vana humana cito fluūt.*

Inſiat, ac reprobat quæ ponunt carmina gētes:
Carmina quæ falſo conſule turba notant.
Tendit ad æternos diuina ſcientia menſes,

*Diuina inæternum permanent.*

Immenſumq; capit res ſpatioſa diem.
O fortunatas gentes, ò nobile regnum,

*Beatus populus quē Chriſtus elegit.*

Cuius cor plæbis Rex ſapientis habet.
Et Deus accliues in terras fixit ocellos,

*Miſericordia ac præſcientia Dei in prædeſtinatos.*

Semina conſpexit quæ ſacra nutrit humus.
Vidit ab Empyreis gemmatos ſedibus orbes,
Humanos quot habet terra ſub ungue notat.
Cuiuſcunq; gradus animos, & corda ſigillat,
Haud polus ignorat quem facit aura ſolum.

*Omnis ſalus a Deo.*

Ferrea magnifi[...]um non ſeruant ſpiada Regem,

*Confutatur error Pelagianorum.*

Non uincit modico quum cadat enſe gigas.
Fallit equus fallax, fallaces bellicus ardor
Conterit, & dites connecat igne uiros.

*Nouit enim Deus qui ſunt eius.*

Qui metuere, Tonans fœlici ſpectat ab arce,
Ac ſibi coniunctos charus obumbrat amor.
Hos rapit inclyta mors ne ſub nigra regna fluētes
Aut famis aſpera ſors præcipitanter agat.

Suſtinet



Suſtinet hic dominū, phibent quē ſecla Tonantem,
Mens pia quo clemens, quo ſit in orbe ſalus.
Hoc duce læta cohors uerſus numerabit ouantes,
Nomine cuius habet ſpes generoſa coli.
Pullulet in nobis, ex te quæ pacis origo
Manat, & auricomæ lucis amica quies.

## ARGVMEN. PSAL. XXXIII.

*Vox Chriſti hominis agentis gratias Deo patri ut inuitantis omnia membra ſua ad perſecutiones, & tormenta Tyrannorum, propter eum perferenda atq; cum humilitate, & patientia huiuſmodi perſecutiones tolerantes pro ſuis etiam perſecutoribus Deum ipſum deprecentur.*

# Benedicam dominum.

*Laus dei a benignitate & dulcedine pietatis ac miſericordiæ.*

IN ſanctas domini ſaliant mea pectora laudes,
Semper honorificum creſcat in ora melos.
Id quod laudis habet, mea mens contraxit ab alto,
Iſta piæ fauces in ſua clauſtra tenent.
Veridicos habeam qui dictent ſacra ſodales
Numina, quótue pater grammata ſolus habet.
Olim collachrymans animos ſuper aſtra leuaui,
Reddidit & lachrymis dulcia uerba polus.
Ignicoma ueri qui ſolis luce caretis
Luſtrentur facies, ac properate uiri.
Pauper, inopsq; pias demiſit ad æthera uoces,
Almaq; tranſcriptos rettulit aura ſales.

d Angelus

Angelus arte citus diros circumferat hoſtes
Terrificas quatiens uoce tonante manus.
Diſcite quàm ſuaues uiridis pluit æthera fructus,
Corticæ quos pingui ſuccidus ambit odor.
Qui ſolium Cherubin, ſedes ſuper aſtra ſedebũt,
Omnifluas recolant qui dat amoris opes.
Eſuriere mali, nec auaros pauit egeſtas,
His nuſq̃ locuples defuit urna bonis.
Huc properate uiri, cœlebs audite propago,
Quis radioſa pedes ducat in aſtra metus.
Aurea quis tentat fælicis gaudia uitæ,
Magnaq́; per fauſtos ſæcla uidere dies?
Frenabis linguam, ne te malus implicet error,
Compeſcant teretes fracta labella dolos.
Quære uiam recti, contortos deſpice calles,
Te ſacer inuentæ pacis obumbret apex.
Cœlica reſpiciunt cordatos lumina ſenſus,
Auritaſq́; trahunt uota benigna preces.
Vultus ineſt domini, turpes qui uindicet iras,
Infœlix toto perdat in orbe malum.
Clamarunt iuſti, clamoſas æthera uoces
Audijt, atq; cohors libera mente fuit.
Iuſtus adeſt rector, iuſtos qui rebus egentes,
Oppreſſos inopes proſperitate iuuat.
At licet in multos diſcat ſæuire tyrannis,
Morbis antidotum blanda medela fluit.
Aggerat omnipotens contritos funeris artus,
Ex his nec minimus quiſq; peribit apex.

Aurea & ſalubris interrogatio.

Eruditio ſecundum inſtitiæ leges.

Deus bonis benignus.

Deus aſper improbis.

Flamma



Flamma ſuberrantes uexabit tortilis umbras,
Obuoluent ſtygios corpora fœda ſinus.
Aſt ibunt puræ nitidum ſuper æthera mentes,
Viſuræ ſtabiles, perpetuaſq́; domos.

ARGVMEN. PSAL. XXXIIII.

Elegiaca Chriſti ſeruatoris oratio, in qua apud patrem cõqueritur de perfidia Iudæorum, de inſidijs, ac falſis accuſationibus, coniurationibus, iniurijs, & opprobrijs eidem falſo illatis, de quibus haud impune uult liberari, qui uero iuſticiæ faueant læticiam imprecatur.

## Iudica me domine.

MAgne pater diuũ ſuperi regnator olympi,
Expugna gentes, quæ mihi bella uolunt.
Arripe tela tonans clypeis ſuccincta cruentis,
Hoſtiles quatiant geſa triſulca manus.
Dextera flammiuomum thecis euagnet enſem,
Hæc animæ dicat (munera præſto) ſalus.
Tollere quæ ſitiunt uolucris ſpiramina uitæ,
Horriſonum teneant uota pudenda chaos.
Deficiant arcus, frangantur ſpicula, nerui,
Et cadat euerſo robore fracta cohors.
Reddantur ſimiles qui torquet inania uento,
Vel quos ſub gladijs angelus arcet atrox.
Quãdo fugã rapiẽt, quãdo furor arma tonabit,
Lanianet attritos lubrica terra pedes.

Quaſi dicat, Contende cũ cõtendẽtibus & præliare cum præliantibus mecum, ita ut aduerſariorum uires penitus rũpãtur, uictorq; de his triumphũ referam.

Nempe truces gratis laqueos, & iniqua tulerunt
Verbera, tuta ſacræ queis uia pacis eram.
Accedant manicæ, uel prodat captio gentem,
Rhetia quæ tulerit ſentiat ictus aper.
Gaudia læta feret bona res ſibi nacta ſalutem,
Et dabit æthereo candida uota duci.
Robur, & ingenium, quæ ſtant in corpore uires,
Dicent, ſydereo quis patre maior ineſt?
Eripiens inopem bellaci fortiter ungue
Abſtraxit lacerum de canis ore pecus.
Aſſurgunt, falſi produnt mendacia teſtes,
Quam dedit hoſtis atrox, neſcius artis eram.
Dum mihi, dum plæbi bonitas impenſa fuiſſet,
Rettulit ingratas turba ſcæleſta uices.
Exhinc flecto caput, turbæ conuicia porto,
Feſſaq; crudelis corpora ſternit humus.
Hic ubi mens humiles produxit ad aſtra receſsus,
Illaq; ſunt noſtro uota repoſta ſinu,
Horum ludibrio contritus damna ferebam
Noxia, fraternus qualia uincit amor.
Lætantur, cœtum faciunt, ſub iudice pendor,
Addita ſunt teneræ dira flagella cuti.
Quàmuis indignæ non eſſet cauſsula mortis,
Sunt tamen horrẽdæ tradita membra crucẽ.
Saliat exanimes faciant miracula ſenſus,
Concuſſos dentes nil minus ira petat.
Si Deus inſpicias mortalis ſtemmata uitæ,
Des mea ſydereas peruolet umbra domos.

Aper, ſcilicet Iudæus ſupra modum infidelis & ingratus.

Aſſeuerantes ſcilicet me Cæſaris inimicum, blaſphemum, populi ſeductorem, magum, uoracem, uini potatorem, publicanorũ amatorem &c.

Grande



Grande fatebor opus, laudesq; dicabo ſuperbas,
Hymnidici uates caſta ſacella colent.
Deſine cruda cohors, expelle Cachinno ſuſurrum,
Deſine ſub clauſo lumine ſcomma loqui.
Vitales tractant qui à tergo rumpere gazas,
Fronte ſerenata Caumata pacis agunt.
Dilatata ſuis complent ſermonibus ora
Euge. truces oculi corda ſupina uident
Summe pater gentis dum ſpectas corda nephãdæ
Non dabis ultrices in mea uota minas?
Indue torrentes oculati iudicis iras,
Ex his innocuæ uendita cauſa necis.
Rem facias iuſto, perpenſa lance cruentos
Excute, funeſtos mitte ſub ima ſues.
Tolle quod euge ſonãt ueſana caterua furẽtum,
Dente (uomunt) rabido dente uoremus ouem.
Diſpereat (quæſo) ſtupidi uecordia ſenſus,
Exagitetq; malus tela rotunda pudor.
Da pangant hilares de me ſacra geſta triumphos,
Victricesq; ferant laurea ſerta manus.
Noſtra per immenſos carmen meditabitur orbes
Lingua, nec almiſonum blanda ſilebit opus.

Confeſſio laudis quæ ingratitudinem tollit.

Petit uindictã de Iudæis.

ARGVMEN. PSAL. XXXV.

Admiratur Propheta profũdiſsimam Iudæorum cæcitatẽ: Et rurſum exuberantem Dei miſericordiã in eos qui timẽt ipſum, tum etiam bonorum præmia, & malorum, pene ſatis, ſuperq; recitantur.

d iij dixit

## Dixit iniuſtus.

*Contemptus Dei.*

Dixit iniquus, agam mentis delicta ſuperbæ,
(Vt perhibẽt) ſummus nõ uidet ima Tonãs.
*Deſcriptio impij.*
Vſq; adeo ultijs miſer hic uulgaribus errat,
Vt malus incipiat non memor eſſe ſui.
*Ignorãs ſiquidem ignorabitur.*
Illius ora dolis ſuffuſa loquuntur, & æquum
Sare negat, quod plus, nec benè qđ fit, agit,
Id meditatur atrox (dum captant mẽbra ſoporẽ)
Quod bene ſit laceret, quæq; malignus agat.
*Miſericordia Dei in omnes creaturas.*
Adijcit omnifluos diuina potentia uultus,
Sparſim diffuſum numen ad aſtra uolat.
Montibus auricomis bonitas immenſa minatur,
Archanaſq; rapit triſtis Abyſſus opes.
*Ideo inexcuſabiles redduntur homines cum & his inſint fons uitæ & lumẽ Dei.*
Ambroſias cunctis præſtas animantibus eſcas,
Quæ produxit humus ſemina nulla uacant.
Erigis humanos ad olympica ſydera ſenſus,
Speret ut æthereos uita ſubire lares.
Præpingues ſuccos illic opabalſama fructus,
Affatim latices nectaris urna fluet.
Illic fons uitæ, tenebras hic luſtrat inertes,
Perpetuum ſolis luce micante iubar.
*Oratio perſeuerantiæ pro credentibus.*
His prætende ſacri figant ueſtigia greſſus,
Iuſtitiæ molles qui didicere uias.
Haud trahat inceſſus uæſana libido ſuperbos,
Sed minus extollat uentus in aſtra uirum,
Hac ſub mole graues ſcelerum cædere prophani,
Expulſi ſtabilem nec tenuere gradum.

Argu



## ARGVMEN. PSAL. XXXVI.

*Pſalmus iſte ad iuſtos uim exhortationis habet, ut in aduerſis non diffidant ſuper diuina bonitate ac prouidentia: ubi et tyrannorũ exterminia et exaltatio eccleſiæ ſanctorũq; non illepide perſcribuntur.*

## Noli emulari.

*Exhortatio fortitudinis aduerſus impios.*

Impia diffugias prauæ commercia gentis,
Quæ trahit infauſtum cordis amara ſcelus.
Vt pratenſe ſolum perdit cum flore nitorem
Tranſibunt artes, rumor ut aura fluet.
*Quaſi dicat ex ſpe fidem tibi cum bonis operibus aſtruas.*
Spem domini ſperes, bonitatis & indue formas,
Incole frugiferam proſper ut hoſpes humum.
Vt pia uota legas, tua mens applaudat olympo,
Si ſuperis placeat, dona petita feres.
Dic domino quod habes tacito ſub corde uolumẽ,
Hinc ſacer explebit corda benigna timor.
Fulgorem uinces probitatis imagine ſolis,
Haud cadet à uoto relligionis amor.
*Cõſortia prauorũ fugiẽda ſũt & mores.*
Qui necat inſontes, huius ne facta ſequaris,
Aut cui ſors fluida pro ratione fauet.
Deſine cordatis apponere mentibus iras,
Nam ſcelerum uindex diſcutit ora Deus.
Torrentes curas iudex impellit, & arcet,
Aurea cõſpicuum ponit in aſtra gregem.

 Siſte

Breuis Impiorum uita.

Siſte parum, nec erit qui uiuat in orbe cruentus,
Fortis & aſpides queis dabit æthra domum.
Mitibus hinc aderit ſanctißima terra Colonis,
Alma quibus placidæ copia pacis erit.

Viri ſanguinũ et doloſi.

Dicta fatigabit iuſti uel facta ſuperbus,
Stridebitq; ſuper dente Cachinno uirum.

Deus malorũ uindex.

Quid? ſuper hos ridẽs quatiet mens dia furores,
Proſpiciens miſeris ꝙ ſtat inulta dies.
Impia quò iugulet falcatum corripit enſem
Dextra, truces arcus ſoluit ab ære manus,
Flexilibus neruis ut candida membra trucidet,
Et cadat in tetrum mens uelut orba chaos.
Ore triceps gladius funebria corda ſubintret,
Laxantem feriant morbida tela manum.

Exhortatio ad pauptatẽ patienter ſuſtinendam. Diuitiæ ſæculi uanæ, & fluxæ: Cœleſtia uero æterna.

Præualet id modicum iuſto, quàm diuitis æra,
Innumerabilibus q̃ grauis arca malis.
Quid peccãtis opes? quid gloria? robur et ingẽs?
Hæc uelut unda fluũt, ſãctus in arce manet.
Protulit arcana Deus hoc ſub mente uolumen,
Quòd ſanctis inter permanet aſtra locus.
Conſtantes animis ſolidos in tempora belli,
Ac ſaturos reddet pacis amica quies.
Poſtquam res ſcelerum pompalibus arma triũphis
Extulerint, uanus corruet arce labor.
Mens qđ auara capit, retinet, neq; munera ſoluit,
Iuſtus ab oppoſito dat, ſubit, & quod ineſt.
Quas largitori perſoluerit actio grates,
Tantas ex merito reddet amore uices.

Inſont



Prouidentia Dei patris erga filios.

Inſontes greſſus ſolidat diuina poteſtas,
Ac regit, & quorſum corda ferantur aget.
Orbita ſi fuerit cliuoſi uerticis exors,
Quò minus offendat ſubſtrahit illa pedem.

Experientia fidei.

Hic quondam iuuenis ſenui, nec uiderit ætas,
Iuſtitiæ partes fortis ad ima trahi.
Seminat, atq; legit, quæ creſcant commoda cultus,
Quid ros æthereus ſparſit, arator habet.

Salubre conſilium in duobus, ſcilicet a malo declinare, & bonum facere.

Linque mali ſentes ſubiens bonitatis Aſylum,
Indomitosq; trahas in iuga ſancta boues.
Sic uidet altitonans clarißima munera princeps,
Ac iubet æterna dona ſedere domo.
Puniet infeſtos ultrix cenſura nocentes,
Infœlixq; bono fine carebit opus.
Aurea cedet humus (quos albo dextra lapillo
Signauit) magnos exuperare dies.
Candida prudenti uirtus celebrabitur ore,
Intima quæ ſapiunt uiſcera, lingua feret.
Mollia diſcutient ſanctas præcordia leges,
Flectentur nulla mobilitate manus.

Iniuſti bonos pſequuntur.

Adnotat infãdus quò res cadat, unde trucidet
Tortor, & unde grauis fulminet oſſa timor.
Tunc pius ærato tutabitur axe potentis,
Cum dabit horrentem iudicis ira ſonum.

Eruditio ad perferendas impiorũ uexationes.

Quò uiuacis humi fias poßeſſor, & hæres,
Cædibus abiectis pacis amato uias.
Ecce ſuperbit atrox ueluti Cedrus alta tyrannis,
Attollit cuius robora montis apex.

Corruit

Corruit arx ſceleris, perit arcus, et hoſtis, et error,
Si ſpectes, ullo nec ſtat in orbe locus.
Innocuos ſerua calles probitatis, & æqui
Relliquias, ſanctæ quas homo pacis habet.
Crudelis faciles non portat in æquora uentos,
Sed caua ſub lacero remige cimba perit.
Fluctibus æquatis ſacra reddunt trãſtra carinam,
Flantibus & zephyris carbaſa littus habet.
Sic bonus acceptat præſentes nauita portus,
Quos ſpes alta fouet, nulla pericla nocent.

Eruditio ad innocẽtiam uitæ cuſtodiendam. Nam ſequitur uindicta nocẽtes.

## ARGVM. PSAL. XXXVII.

Enumerat atq; deflet hic myſticus Adã omnes humanæ fragilitatis corruptiones ac miſerias, in quas incidit propter infidelitatis peccatũ, a quibus petit liberari p Chriſtum ne impoenitens moriatur ante diem furoris, & uindictæ.

## Domine ne in furore.

REx Deus immenſæ fulgens bonitatis imago
Non me dira uocet durus in arma furor.
Sentio tela tuis in me ſubducta pharetris,
Norunt & duras ſaucia corda manus.
En pertuſa cutis, uix fractis oßibus hæret
Vis, cadit in uultus cauſa ſceleſta meos.
Conſcendunt laceræ capitis faſtigia mortes,
Nutat & urgenti pondere quaſſa domus.

Infirmitas humanæ conditionis.

Quaſi dicat, per peccatum acciui mortẽ in mundum.

Putrida



Putrida corrumpunt infectas uulnera mentes,
Hoc habet inſipiens funere uita mori.
Ecce fatigatus conſumpto corpore labor,
Mẽs quoq; ſubſtractum uix habet ægra pedẽ.
Corripit ardentes ſerpens fallacia lumbos,
Vnde quies fracto poplite uerſa ruit.
Heu miſer afflictos diſcerno corporis artus,
Et planctus geminat tectus in oſſa dolor.
Cernis ab excelſo qui ſint in mente labores,
Spiranteis gemitus audis, & ima uides.
Pectora turbantur, liquerunt corpora ſenſus,
Triſtis & obſcuro lumine uiſus hebet.
Qui mihi cognati fuerant notiq; ſodales,
Atroci charo bella tulere manu.
Me fugit armipotens, & q fuit ore propinquus,
(Ex quo uim patiar) teſtis amicus ineſt.
Qui necis accelerant ſtrages, mendacia uendunt,
Falſaq; uaniloqui carminis arma uibrant.
Surdaſtro ſimilis fallax non audio uerbum,
Ac uelut elinguis non maledicta profor.
Audio, ſed toruis claudo ſermonibus aurem,
Immanes rictus clauſa labella notant.
Hæc ego ſic tacita patior conuitia mente,
Dum meus eſt cuſtos Rex, & athleta Deus.
A me ſic fateor triſtes ceßiſſe tyrannos,
Quando pedes iacto, ſubmouet hydra caput.
Ecce cruces laceras, hinc mille flagella libenter
Suffero, dura grauis proterit oſſa labor.

Affectus redemptionis. Mala inflicta ex Adæ peccato. Odiũ fraternum.

Detractio linguæ. Impotentia reſiſtendi.

Vincit omnia ſpes.

Euomo

Euomo tabificum grauido de pectore fulmen,
Quodq́; uolens feci detego mortis onus.
Impia fatiferos tollunt peccamina faſces,
Triſtibus arridet ſors odioſa malis.
Bellica pro ſanctis referunt qui tormina rebus,
(Dũ ſequor ora boni) facta maligna trahũt,
Ne uager in multis, non linquas (oro) clientem,
Ne titubet mea ſpes, auxiliare Tonans.

## ARGVMEN. PSAL. XXXVIII.

*Peregrinus Adam poſt amiſſa originalis iuſticiæ munera ſuam patientiam cum ſilentio in perſecutionibus cõmemorat, petens Chriſti aduentum accelerari ut eo addita pœnitentia liberetur cum ſuis.*

## Dixi cuſtodiam.

*Profeſſio uiatoris, humilitas & patientia.*

DIxi, tentabo ſtabilem ſuper æthera curſum
Ne patret infandũ lingua proterua ſcelus.
Obſtruxi labium, ſæuus ne perderet hoſtis,
Quod caſtum poſſent ora diſerta loqui.
Sic tacui mutus, bonitasq́; ſilentia preßit,
Aridus hinc ſubijt territa membra dolor.
Vnde calor rapidus, læthaliter oſſa cucurrit,
Inuaſitq́; ſacer pectoris antra rogus.

*Affectus melioris uitæ.*

Hinc ego ſic animæ tacita ſum uoce locutus,
Da mihi conſcriptos finis habere dies.
Fatalis numeros deſignet charta dierum,

Vt noſ



Vt noſcam uitæ quod mihi tempus ineſt.
Das pater omnigenis metas, & tempora rebus,
Si des æterno ſæcula, uita nihil.
Eia mortalis fallax eſt gratia curſus,
Omnis homo uiuens, uanus in orbe labor.

*Alluſio ad maiores huius ſæculi.*

Naſcitur hic mundus dulcis ſub imagine uitæ,
Quem ſudore graui dura fatigat humus.
Theſaurizat homo, nec ſcit cui ſtruxit aceruum,
Hinc mea ſpes alio ſyrmate finxit opes.
En mea ſunt læui corpuſcula tincta rubore,
Perpudet os ſapiens uerba ſceleſta loqui.
Conflictum ſilui (quod fixit dextera) uulnus
Cum ſordes eadem tollere ſigna queant.
Quàm mihi cõſcia mens (iacis horrida tela) reatus,
Ac ſternuntur humi membra tonante manu.
Debilis exanimum ſignauit Aranea corpus,
Hinc uano ſtupidus corde leuatur homo.

*Petitio liberationis a culpa per pœnitentiam.*

Quod rogo, qđ magnum te ſupplex oro Tonãtẽ,
Exaudi, lachrymans has tibi fundo preces.
His reſponde malis, cur conſtet inhoſpita tellus,
Vt magni patres hic peregrinus agor.
Da prius hic plangam, q̃ mors teterrima uinctum
Soluat, & humana luce carere ſinat.

## ARGVMEN. PSAL. XXXIX.

*Actio gratiarum eccleſiæ quã pro Chriſti aduẽtu humanæ naturæ inſtauratoris ipſe Deus apud patrẽ habuerit.*

Expect

## Expectans expectaui.

Gratiarũ actio pro admirãda Christi libertate.

Expectata ſacræ uenerunt tempora legis,
Venit in amplexus corde petitus amor.
Aſtrifer humanas uoces captauit olympus,
Eduxitq; nigro tabida membra lacu.
Monſtrauit ſolidos excuſsis greſsibus orbes,
Firmauitq; uagos petra ſecunda pedes.
Faucibus inſlauit ſacræ noua cantica laudis,
Euge panomphæo diſticha læta ſonant.
Iſta theatrali miracula turre uidebit,
Captabit ſtabilem cor ſuper aſtra domum.
Fœlix uir cuius domini ſpes nomina ſculpſit,
Iucuſsumq; rapit, nec bonitate uacat.

Explicatio myſteriorum redẽptionis.

Demiratur opus (quod ineſt) natura creatis
Rebus, ab excelſo numina ſolus habes.
Quando ſollicita præconis fungerer arte,
Os ſiluit, tanquam geſta ſuprema forent.
Ad ritus ueteres holocauſta ferocia mittis,
Grande pias aures ducis habere ſacrum.
Pro ſcelerum culpa non ſanguinis exta petiſti,
En ueniens dixi pectore ſacra gero.
Vt dominum uenerer, notat ipſe uoluminis index.
Cuius ego caſtum carmine dogma fero.
Hymniſonas laudes feſto clangore notaui,
Oraq; cœleſtes nil tacuere modos.
Cœlica iuſtitiæ non cordibus omina texi,
Dixi, quæ magnæ ſigna ſalutis habes.

Non



Non latuit bonitas, ſiluit clementia, quis
Obſtaret rapido miſſus ab ore pudor.
Haud longè ponas fulgens pietatis aſylum,
Quòd miſeris parcat dextera fecit amor,

Petit Chriſtus in ſe et in membris liberari a captiuitate Babylonica.

Horrendæ ſtupidi me terrent mortis agones,
Nil ſceleris cumulum lumina cæca uident.
Multiplicata ſuper capitis delicta capillos,
Cor male ſyncerum uix graue pectus habet.
Res animo ſedeat, ducas è carcere uinctum,
Quæ ſõderit laqueus, comiter oſſa iuues.
Hoſtis abyſſus agat, qui uitæ ſtamina quærunt,
Contundatq; leuis corda ſuperba pudor.

Cõtra aduerſarios precatur.

Horrentes furui laxentur ditis ad umbras,
Qui uiuentis aquæ rumpere ſtagna petunt.
Qui mihi quottidiè celebrat per compita carmen
Euge ſonans, miſerum protrahat ille chaos.

Conſolatio pro adflictis.

Confingant hilares aurato pectine cantus,
Qui ualidas partes Cunctipotentis amant.
Sum mendicus, inops, temerato ſydere pauper,
Expectãs alio numine fata regas.
Solus es auxilium per ſæcula cuncta daturus,
Ne tua Rex (quæſo) dextra moretur opem.

## ARGVMENTVM PSAL. XL.

Oratio Chriſti ad Deũ patrẽ pro his, qui dũ afflictionibus urgeretur, erga ipſũ humanitate fuẽti ſint, imprimis & proponit idẽ Chriſtus præmia quæ ex inde ſui amatores

conſe

*conſequentur deteſtatur quoq; & proditionē Iudæ ſimul ac perfidiam, ſeu ingratitudinem Iudaici populi, qui abſq; miſericordia ipſum perſecuti fuerint.*

## Beatus vir qui intelligit.

*Miſericordiæ fructus ex Dei promiſſione.*

*Foelix ille nimis, quem pauper laudat egeſtas,*
*Quum ruet aſpera ſors, à neæ liber erit.*
*Viuet honore ſacer, præſenti munere fotus,*
*Duraq; nec quatiet mordicus oſſa canis.*
*Ardens impietas ſi ſtrauerit ægra cubile,*
*A patre ſydereo ſurget amica ſalus.*
*Sollicitum querula tenui ſub mente laborem,*
*Parce Tonans, fragilis ne tibi peccet humus.*
*Iſta tulere truces, quando morietur inermis?*
*Aurea quando leuis nomina uentus aget?*

*Proditoris Iudæ declaratio.*

*Quamuis ille foris chariſſima uerba notaret,*
*Haud minus infœlix ferbuit ore dolus.*
*Scilicet ille foras gradiens excogitat artem,*
*Qua poſſit mitem prodere toruus herum.*

*In Iudæos inuehitur.*

*Aggerat hoſtiles de me Synagoga ſuſurros.*
*Criminis infandi me ſonat eſſe reum.*
*Exanimem uiglat furialis turma ſepultum*
*Perdere, ni ſurgat corde ſopitus amor.*

*Miſeriæ geminatio.*

*Qui mihi pacis erat rerum tutela mearum,*
*Quiue meos panes dulcis agebat, obeſt.*
*At miſerere tonās Deus, ò pater, ò hominū Rex,*
*Si necis exutias uincula, toruus ero.*

Hac



*Hac ratione malus quòd obiret, ſigna notaui,*
*Atq; mei ſemper commemor ipſe fores.*
*Me capis omnipotēs, quia ſū tibi pulcher, et inſōs,*
*Inclyta progenies, chriſmate fota tuo.*
*Vindicat eximias dominus per ſæcula laudes,*
*Aurea perpetuum cantio pangit Amen.*

### ARGVMEN. PSAL. XLI.

*Oratio Eccleſiæ ad Chriſtum, in qua deſiderat & petit de captiuitate peccati per baptiſmum liberari, item de perſecutione tyrannorum, ut libere Chriſto deſeruiat, demum ab hæreticorum contubernio diſcerni.*

## Quemadmodum.

*Affectus in ſimilitudine piæ ac lāguētis animæ.*

*Ceruus ut ī liquidos deſcēdit feruidus ānes,*
*Sic mea mēs puras tēdit in aſtra manus.*
*Vt bibat, illa ſitit ſalientis flumina riui,*
*Aeternum referens quando uidebo ducem?*
*Viuida luctificos pinſunt mihi diſticha panes,*
*Quando mei flagrans quæritur ara Dei,*
*Aurea (dum moueor lachrymis) dāt ſydera fatū.*
*Empyreæ uideas regia fulcra domus.*

*Apoſtrophe ad animā inīgenti ſpe erubitam.*

*Hic ubi pompales memorabit ab hoſte triūphos,*
*Ambroſias inter pſaltria blanda dapes,*
*Quid pia mēs ploras? gemitus qd ſpargis amaros?*
*Quidue meum ſtupido funere pectus agis?*

e Col

Collige uis animum, uiridis feret æthra ſalutem,
Permagnumq́; ſcies Altitonantis opus.
Spiritus hinc fremuit, quare Iordanis et Hermi,
Fluminis, ac montis commeminiſſe iuuat?
Alluſio ad diluuiū Noe, et ſubuerſionem Sodomarum. Ecce uocat tetram fatalis abyſſus abyſſum,
Ferventéſque polo dat grauis unda ſinus.
Quot mihi pœnarū numerantur in orbe labores,
Tot lacerant mœſtum ſpicula dira caput.
Proſpera ceu lenes zephyros ſpirauerit aura,
Ceu cadat impia ſors, cantica pectus habet.
Oris habet ratio ſuperos ad uota precari,
Continuoq́; ſuum lumen in aſtra refert.
Peroratio. Cur Deus inflictos retrahas à mente dolores,
Dum grauis incedā, dū miſer hoſte premor?
Trunca cruentatis dum cædibus oſſa teruntur,
Dentibus horriſonis, uir maleſanus agor.
Blaſphemia irriſorum. Quæritur, ô ubi Rex? cur feſtum numē adoras?
Dic age mens roſeum plangis amara decus?
Te leuat æthereis audax fiducia rebus,
Quæ potis eſt ſacræ ferre ſalutis opem.

## ARGVMEN. PSAL. XLII.

Orat fidelis Eccleſia Dei iuſticiam, cōtra doloſos fidei oppugnatores, qui & ipſi uſqueadeo perſuadere nitantur, ut non agnoſcat deum in quem cōfidat. Demū ſuper factæ libertatis promiſsione, Deum laudare pollicetur.

Iudica



## Iudica me Deus.

IVſticiæ partes lucens probitatis imago
Reddat, iniqua tonans iudicet ora furor.
Cum ſis ſpes animæ, dic cur mea robora linquas?
Quare ſanguineo triſtis in hoſte cadam?
Pande tuos uultus, cum ſis lucerna decoris,
Auricomum ſpectet gens tibi nota iubar.
Inſtaures uiridis ſi dona ſuperba iuuentæ,
Congrediar ſanctæ fulgida templa domus.
In citharis pſalmos, in ſiſtro carmina dicam,
Vnde ſacro timidus confidet ore pauor?
Mollia ludiuagi, mea mens, præcordia ſenſus
Nil uexes, fatear ſi deitatis opes. Apoſtrophe ad animam.

## ARGVMEN. PSAL. XLIII.

Oratio eccleſiæ ad ſponſum Chriſtum, in qua dei beneuolentiam captans, uictorias ac beneficia quondam populo iudaico collata, tum ſtrages & afflictiones eiuſdem populi recitat & deflet: demum petit per regis Meſsiæ aduentum ab oppreſsionibus ac conſimilibus pœnis abſolui.

## Deus auribus noſtris.

COnſpicuus noſtras peruenit rumor ad aures,
Hæc nobis patres geſta tulere uiri.

e ij Com

Comprobat authorem tam fœlix machina rerum,
Monſtrat & artifices grandis opella manus.
Cœlica barbaricas uibrarunt ſpicula gentes,
Vt tua melliſluam gens habitaret humum.
Exitus à ſuperis, non belli credita ferro
Gloria, nec brachio parta tonante ſalus.
Adfuit eductæ robuſta potentia plæbi,
Per longum radians lampada fulſit iter.
Tu meus ipſe deus, rex fortis ad omnia præſens,
Lætitiam ſacræ qui bonitatis habes.
Te duce parua manus toruos ſibi uentilat hoſtes,
Vaſtaq́; ſub duris cornibus arma petit.
Non ſacra præcipiti pendet uictoria telo,
Non in ſpumanti Marte triumphat eques.
A ſuperis ueniunt generoſi claßica belli,
Aſtraq́; compoſitæ munera pacis habent.
Quare age, tu mea ſpes magno reſpōde Tonāti,
Aurea pro celebri cantica laude geras.
Iam labat impenſo uirtus defeſſa rubore,
Viribus effractis auxiliator abeſt.
Terga fugæ dedimus, ſequitur fera turma ruētes,
Captiuumq́; trahunt in ſua ſepta gregem.
Sicut oues ſtrati iugulo mactamur ad aras,
Impia uulnificis dentibus eſca ſumus.
Venditur infœlix ſub muneris aſſe popellus,
Non fit pro rebus ſors precioſa datis.
Heu ſumus horribilis uicinæ fabula gentis,
Pangit de uicta plæbe Cachinno ſales.

Q.d. nō prēs noſtri hæc uiribus proprijs effecerūt, ſed a te uictoria proceſſit.

Explicatio afflictiōis populi Dei in aduerſis.

Quaſi populus nō Dei populus.





Ludimur, ut populi, dum cantio ſupprimit altum
Infortunata ſub ratione caput.
Sic grauis obtexit uerecundos pagina uultus,
Sic tenet obſcurum corda ſupina chaos.
Garrula dum fugio toruæ ſymplegmata uocis,
Quando meum nomen lingua triſulca ferit.
Hæc mala uenerunt capiti feſtina ſubacto,
Non tamen oblitum mens uaga numē habet.
Aurea non cecidit cordato pectore uirtus,
Sed patuit claræ ſemita prona domus.
Et quia ānxerunt humiles fera tela maniplos,
Nos pallens miſeræ corripit umbra necis.
Scis q; fatidicos Lemures ac templa deorum
Spreuimus, ad cœli duximus aſtra manum.
Non ita uitales motabit arundine fibras
Ipſe pater rerum, qui uada cordis habet.
En ſacra dum gerimus ſub magno ſigna tonāte,
Vt pauidæ ruimus conditionis oues.
Nunc exurge tonans, miſero quid tēpore dormis?
Mittis ad extremos ſæcula noſtra dies?
Cur trahis aduerſos in caſta profamina uultus?
Quando opus eſt fortis dextera, fortis abes.
En iacet hōrridulum luteo ſub puluere corpus,
Venter arenoſæ pendulus hæret humi.
Nunc exurge, rogo, fragilem defende popellum,
Captiuum redimat nominis ara genus.

Hic populus Deū ad miſericordiā ratione fidelicatis concitat:

Exclamatio auxilij diuini ut idem Deus in carnem ueniat redēptionē facturus:

## ARGVMEN. PSAL. XLIIII.

*Præſenti in pſalmo introducitur deus pater canens Epithalamion, id eſt, carmen nuptiale Chriſti ſui filij & Eccleſiæ eius ſponſæ: commendans ac explicans magnificentiam, nobilitatem, dignitatem, ornatum, copiam & fœcunditatem prolis utriuſque.*

# Eructauit cor meum.

*Verbum qppe bonũ ſpirauit pectoris ardor*
*Sunt mea ſydereo uota dicata duci.*
*Haud diſpar numeris calamo ſacra uerba notanti*
*Lingua, penetrales mens mea pange modos.*
Deſcriptio Chriſti Regis dei & hominis. *Exit uirginea ſponſus genitricis ab aluo,*
*In natos hominum rem ſpecioſus habet.*
Mores regis. *Illum circundat bonitas, melos ora loquuntur,*
*Ambit & hunc magnus dexteritatis apex.*
Potentia Regis. *Accipe, dux hominum fortiſsime, ſceptra decoris,*
*Cui ſacer inuicto Marte triumphus ineſt.*
Formoſitas. *Dum uultus ſpecie niuas formoſus in omnes,*
*Virtutum ſpecimen Rex ſine fine trahis.*
Clementia. *Quòd iuſtis manſuetus ades, quòd præmia ſoluas,*
*Candida ſyncerum gloria numen habet.*
Victoria. *Hinc fera mordaces penetrabunt corda ſagittæ,*
*Te bellante Deo, gens inimica ruet.*
Aeternitas Regni. *Scilicet æternos captant tua ſæcula curſus,*
*Regni uirga tui, uirga decoris ineſt.*

Te



Chriſtus & ſacerdos & Rex unctus. *Te pater omnipotens unxit, quòd iuſtus iniquos*
*Oderis hoc ſceptrum plaſmate fotus habes.*
*En toga balſamicos guttatim ſpirat odores,*
*Formoſæq; legunt florea ſerta manus.*
Deſcriptio Chriſti ſponſæ eccleſiæ: *Adſtitit auratis pro ueſtibus inclyta princeps,*
*Inſignes cuius uentilat aura comas.*
Exhortatio, ut ſpõſo adhæreat. *Regia cœleſti iungeris filia ſponſo,*
*Poſthabeas patriæ pignora chara domus.*
*Dum fueris patrios fines egreſſa, decorem*
*Ardebit Regis dulcis imago tuum.*
Munera ad nuptias. *Aurea gentiles referent tibi dona puellæ,*
*Offendet uultus res precioſa tuos.*
*Ille triumphet apex interni gemma decoris,*
*Vt ſponſæ uarius detegat ora color.*
Proceſſus nuptialis comitatus. *Splendida uirginei ducentur in atria cœtus,*
*Altubronumq; colet proxima turba ducem.*
*Sacratæ uenient in templa ſuperba phalanges*
*Tangentes dulci ſiſtra ſonora melo.*
Nouæ & admirandæ prolis fœcũditas *Pro patribus ſapiens natorum fœtus abundat,*
*Hos ſtatuet toto mater in orbe duces.*
*Geſtabunt rutilũ per ſingula climata nomen,*
*Ac fient memores tempus in omne tui.*
*Mira fatebuntur lepidæ miracula gentes,*
*Aeternus reſluet pocula diua liquor.*

## ARGVMEN. PSAL. XLV.

*Cōmemorat Eccleſia profunda & archana myſteria, prodigia, et miracula, quæ geſta fuerint in iuuentute & progreſſu ipſius ciuitatis ſeu Eccleſiæ, quæ de iudæis & tyrannis triumphauit.*

## Deus noſter refugium.

AD quē ſubtriſtes fugiāt Rex, pādis aſyliū
   Pro fragili magnū pectore robur habes.

*Expreſſio ſiduciæ in deū*

Dædala barbaricos ſtrepitus non terra timebit,
   Stagnantes altus mons penetrabit aquas.

*Accumulatio tribulationū*

Gurgitibus uaſtis fremuerunt pontus, & aër,
   Deflexum colles ſuſtinuere caput.

*Deſcriptio proſperitatis ciuitatis Dei, id ē, eccleſiæ:*

Fluminis impetus hic præmolliter irrigat urbem,
   Paruit & domino ſanctificata domus.
Cum ſedet in medias ratis huius nauita ſedes,
   Haud ruit in uaſtum puppis adunca mare.
Mirantur gentes, mirantur inhoſpita regna,
   Vocibus almiſonis dura quieſcit humus.

*Id eſt, Chriſto duce triūphamus:*

Nos princeps Iacob ualido ſub robore portat,
   En ſacer ætherei militat orbis apex.
Mira ſerenatum quæ fiunt geſta per orbem,
   Cernite, contracto fulmine bella cadunt.
Conteret armatas acies, confringet & arcus
   Ignis edax, clypeos, arma cruenta, foci.

*Comminatio Dei potētis:*

Sum deus (aſpiciant) gentes ditione ſuperbas
   Qui premo, qui toruas numine ſtringo manus

Nos



Nos princeps Iacob ualido ſub robore portat,
   En ſacer ætherei militat orbis apex.

### ARGVMEN. PSAL. XLVI.

*Pſalmus triumphalis in quo decantantur proſperitas, amplatio & fœlicitas regni Chriſti, uniuerſalisque ipſius in cælo & in terra principatus: dicit ergo cœtus Apoſtolorum,*

## Omnes gentes plaudite.

PLaude redēpta cohors, barbatæ plaudite gē(tes,
   Diuinos hilari promite uoce ſales.
Cernite nūc ſuperi ꝙ magna potentia regis,
   Cui lex, cui populi, cui ſacra paret humus.

*Scilicet populū infidelē ad fidē cōuertendo et ex utroq;, ſcilicet iudæo et gētili unū faciēdo: Aſcēſionis Chriſti triūphus:*

Subdidit effrenem longa ditione popellum,
   Exagitant noſtri corda ſuperba pedes.
Ambroſios ſuperum cōiunxit in æthera ciues,
   En ſpecies Iacob nobile ſtigma gerit.
Præclaros captat deus immortalis honores,
   Fœlicéſq; trahit rex ſuper aſtra thronos.
Pſallite gens, noſtro gens pſallite cantica regi,
   Aurea ſydereo ſoluite uota duā.

*Emiſſio diuini ſpiritus.*

Pſallite qui totum numen diffundit in orbem,
   Pſallite cui mundi machina longa ſubeſt.
Rex ſuper æterno regnabit numine gentes,
   Ille ſuper cherubin maximus alta ſedet.

Sā

Scilicet xij a/poſtolos con iudices xij tri buū iſrahel.

Scilicet illuſtres Abraham cum principe diuos,
Heroáſq; ſacer traxit in aſtra polus.

ARGVMEN. PSAL. XLVII.

*Laudes ciuitatis Hieruſalem ab archanis myſterijs, ubi Pſaltes exhortatur fideles in ea natos, ad gratias agendū & exhibendum honorem & latriam Chriſto fundatori, & futuro huius ciuitatis rectori.*

## Magnus dominus.

MAgnus in orbe tonās, laudabilis inclyta Siō
Suſcipis auricomū gens Phariſæa ducē.
Fœcundant Solymos præpinguia iugera montes,
Attrahit urbs fœlix ex Aquilone latus.

Proſperitas & magnificētia ciuitatis Hieruſalem.

En deus omnipotens domibus noſcætur in illis,
Dum forti ſtabilem cœperit arce locum.
Splendida purpurei uenient ad Pergama cœtus,
Conueniéntq; pari fœdere gentis opes.

Miracula in ciuitate Dei.

Dexteritatis opus cernūt, mirantur, & inſtant,
Duráq; terribilis concutit oſſa timor.
Parturientis eo cernentur in axe dolores,
Stridula Tharſenſes hic premet aura ſcaphas.

Cōpleta om/nia a uatibus prædicta. Rex ciuitatis Ieſus.

Quod cecinere patres, domini ſpectamus in urbe,
Illa ſuper ſtabiles arx manet aucta domos.
Aurea dona poli medijs ſuſcæpimus aris,
Venit & omnipotens ad ſua templa deus.

Ac



Ac uelut immenſos creſcit uox diua per orbes,
Laus ita perpetuo faſce perennis erit.

Fidelis exhortatio ad ciues Hieruſalem.

Exultent montes, componat carmina Sion,
Iunge puellares Helia feſta choros.
Finge choros Sion, pro muris pange triumphos,
Regia laurigeræ dramata pacis habes.
Condite ſydereo ſtellata palatia regi,
Fingite diuinas in ſacra templa domos.
Nam deus æternos fœlix dominabitur orbes,
Cœlicoláſq; reget tempus in omne duces.

ARGVMEN. PSAL. XLVIII.

*Ad amatores huius ſæculi exhortatio, ut ſibi prouideant ne mundus eos decipiat, timeant mortem & finale iudiciū, in quo ſint de quibus in hac uita geſſerint ad unum quadrantem reddituri rationem.*

## Audite hæc omnes gentes.

RImoſas tremulus clamor referatur ad aures
Qui telluris habēt (et maris antra) ſinus.

Beneuolētiæ captatio.

Terrigenæ procæres hominum de ſemine nati,
Diues, inópſq; pedes ad mea uerba trahant.
Caſta uiris ſophiam ſapientibus ora loquentur,
Dogmata prudenti proſperitate feram.

Argumētū pſalmi eſt iu/diciū in die nouiſſimo exſpectandum.

Principium ſacri reſeranda parabola cantus,
In citharis pſaltes carmina dia canam.

Cur

Cur tim[illegible] [illegible]li magnus cum ceſſerit horror,
[illegible]oriſonum pœna rependet opus.
Qui[illegible] [illegible] [illegible]matas poteris bellare phalanges?
N[illegible] [illegible] gazarum proderit atra lues.
Frater uix fratrē redimet, quid? nō homo ſeipſum
Haud aderit tetrum quæ piet unda ſcelus.
Triſtibus en qs inops animā reuocabit ab umbris?
Cui patet æterno peruigil igne focus.

Quaſi dicat, nullæ tunc proderūt artes ac humanæ potētiæ:

Non morietur atrox, cum uiderit horrida iuſtum,
Inſonteſq; uiros fata ſubire manus?
Splendida tunc dites alienis æra relinquent,
His aderunt furuæ muta ſepulchra domus.
Ardua quid reges? quid Mauſolea tyrannos
Sublimant titulis? nomen in aſtra ferunt?

Exclamatio cōtra imprudētē hominis cōſtantiam.

O homo quid tibi lex? qd clara modeſtia ſenſus?
Mittitur ad molles pars generoſa feras?
Hæc uia corruptos mores in ſcandala uertit,
Qui tibi blandiloquo comiter ore placent.
Sicut oues igni poſitas ſorbebit Auernus,
Impia terrificæ pabula mortis erunt.

Præmiū bonorum.

Inſontes animæ contrà (dum fulſerit æther)
Aeterno fient laudis amore graues.

Paræneſis ſpiritus diuini ne pereamus cū illis qui in uirtute & diuitijs ſuis gloriantur.

Non ultrà miſeri tentabunt corda timores,
Cum leuis incolumem cœperit æthra uirum.
Ne timeás cum diues homo ſua fata repente
Senſerit, & loculis multiplicata domus.
Quando nigri manes mittentur ad infera terræ,
Non ſecum gazas tollet auara manus.

Diues,



Diues, & impia mens, tibi uir benedixit iniquus,
Muneribuſq; datis notus amicus erat.
Infœlix cæcos ſoboles in ſæcula fœtus
Protrahet, haud nitidū ſtirps habitura iubar.
O homo quid tibi lex? quid clara modeſtia ſenſus?
Mittitur ad molles pars generoſa feras?

Erroris inſipiētium confutatio.

## ARGVMEN. PSAL. XLIX.

Probata futuri iudicij neceſsitudine illius hic deſcribitur executio tremenda, quoniā omnes gentes æternam benedictionem, aut interminabile ue ſuſcepturæ ad ſonum tubæ in ualle Ioſaphat congregabuntur.

## Deus Deorum dominus.

DIuorū princeps ſcādēs furiale tribunal
Accitos ad ſe iuſsit adeſſe patres.
Orbis in occiduas à ſolis origine partes
Nota potens Sion ſigna decoris habet.

Apparatus iudicij extremi.

Noſtrates ueniet iudex manifeſtus ad oras,
Arguet infauſtæ gentis inerme ſolum.
Ante ſuos rutilans ardebit lampada uultus,
Tempeſtaſq; graui decidet atra polo.

Signa iudiciū præcedētia.

Aethereos Cenſor ciues ad Roſtra uocabit,
Terrigenas æqua lance probabit auos.
Præcones iuſta priſcos in lege prophetas
Ad ſacra purpureum ſenſa uocate gregem.

Candida

Candida ſplendentes dictabunt numina cœli,
Iudicis agnoſcent triſte tonantis onus.
Exhortato/ria dei uerba — Iſrahel patulas mea gens ſermonibus aures
Arrige, uerba tui numinis alta profor.
Non holocauſta tuis malè tracta redarguo ſacris,
Quòd ſacer ardenti defuit igne focus.
Non abs te capto iactantem cornua taurum,
Hircus olens, aris non mihi ſacra ferit.
Neu dederis, noſtris manibus, qđ numine prōptũ eſt:
Mons, iumenta, boues, dat mihi ſylua feras.
Cognoui, uolucres uolitent quibus aëra pennis,
Floridus ex noſtro ceſpite uernat ager.
Colluſio iro/nica. — Si me ſacra fames impreſſerit, haud tibi dicam,
Nã meus eſt orbis, quicquid et ambit humus.
Nunquid taurinas me credis mandere carnes?
An ferus hircorum me iuuet ille cruor?
Candida ſacrificus cordis donaria flamen,
id eſt, ſolã fi/dem ex te re/quiro. — Immolet altithrono corda ſerena duci.
Pergrates habeo tenui ſub pectore laudes,
Audio dum tacitus me citat oris honor.
Ad hypocri/tas apoſtro/phat expro/bratque legis præuaricato/res. — Et mea peccanti narras cur dogmata dixi,
Cur tibi cum iuſtis nobile nomen habes?
Tu nihil hæc faciens ſummi præcepta tonantis,
Quod tibi de noſtra lege poëma trahis?
Pars tua cũ mœchis, petulans tibi notus adulter,
Te furum comitem pronus ad acta ligas.
Inuidus, aſpicio tuleris quæ incommoda fratri,
Et quos fallaci geſſeris arte dolos.

Vana



Vana loquebaris de matris pignore, falſóſ
Venatus teſtes ſcandala toruus agis.
Hæc tacui, ſiluiq; bonus, dum uenerit ira,
Haud credas ſimilem rem tibi iunctus agam.
Diſce Panõphæũ fera mens oblita Tonantem, — Exhortatio fidelis.
Ne triſti ſerus angat agone dolor.
Funde mihi ſacrum quo carmine laudis honorer,
In ſuperas ſedes hæc uia pandit iter.

## ARGVMEN. PSAL. L.

*Confeßio Dauidis ſub typo cuiuſpiam peccatoris culpam & pœnam delictorum remitti, ſimulac gratiam amiſſam per Dei promißionem reſtitui petentis.*

## Mi ſerere mei deus.

DVlcis inexhauſto dimanans gratia fonte,
Vnde fluit bonitas, Rex miſerere mei.
Suauis ros ueniæ, fulgens pietatis imago,
Quid patrarit homo criminis, ungue notes.
Amplius unda meos expurget amœna reatus,
Horrendumq; ſalus expiet alma nephas.
En ſcelus agnoſco, me ſubdolus implicat error, — Peccati cogni/tio.
Impius accreſcit ſub mea corda labor.
Sum tibi peccator, coram te damna ſubiui,
Iudicium de me trux petit ira, feras.

Reſpice

Fragilitatis expoſitio. Reſpice quæſo mei q̃ lubrica ſemina partus,
Quæ genitrix (noſti) ſyrmata prima tulit.
Veniæ ſpes. Viua boni ſpecies tua me ſapientia ſtruxit,
Fecit & arcanæ munera partis agam.
Debile purganti conſperges pectus hyſopo,
Sic ego brumali præ niue lotus ero.
Recõciliatio miſericordiæ diuinæ. Dic deus hæc animæ, tibi præſto Virago ſalutem,
Vt ſurgat fracto blanda labore quies.
Auertens rigidos à criminis ordine uultus,
Candida compoſitæ uincula pacis agas.
Iam noua depingas uiuacis pectora formæ,
Te deus oro, ſacer ſpiritus oſſa regat.
Ante tuos uultus facias ut amiculus aſtem,
Lætitia de peccati remiſſione Quod mihi rex dederis neu(rogo)tolle ſophõ.
Redde ſalutaris mihi gaudia læta, probesq́;
Quod ſacer illuſtri ſpiritus ore ſapit.
Protinus erudiam calles quibus itur ad aſtra,
Hacq́; uia poſitos ducet ad alta polus.
Inclyta ſanguinibus pollutum dextra nefandis
Eruat, exaltet lingua tonantis opes.
Simplex ora deus celebres reſerabis ad hymnos,
Quò diam tractent ſiſtra canora chelim.
Si tibi materies ſacrorum grata ſonaret
Ex animo facerem, non holocauſta probas.
Corde placatur Deus, quod eſt laudis ſacrificiũ Te ſacra laudis habent, te cordis opuſcula flectũt,
Accipis & clemens cernua uota deus.
Regia ſydereæ ſternantur ut atria Sion,
Quæ ſupplex pendo corda benignus habe.
Tunc



Tunc ſacra iuſtitiæ, tũc Rex holocauſta probabis,
Sanctus item uituli defluet ore cruor.

ARGVMENTVM PSAL. LI.

*Vox eccleſiæ ad ſynagogam cuius maliciam acriter increpat ſup innocentia Chriſti, quem morte proſcripſerit, quare Vates futurã Iudaicæ gentis euerſionem, ac ipſiuſmet eccleſiæ deſcribit erectionem perpetuo manſuram.*

## Quid gloriaris.

QVid mala te iactãt? qd gloria tollit inanẽ?
Dum ſpara pellacis uocis iniqua potes.
Quid tua lingua dolis opplena refertur ad artes?
Ac ferit horrendum peſtis acuta ſcelus?
Impius atroces pro dulci marte querelas *Quaſi dicat, impietas ſequitur pietatem.*
Fundis, & in ſanctum gliſcis acerba loqui.
Vah dilexiſti uiroſos ſtringere rictus,
Quò fluis in præceps lingua doloſa nephas.
Te Deus hinc perdet, ſancto migrabis ab orbe,
Haud firmos reddet uiuida terra pedes.
Numinis exortes colludent æqua uirorum *Impiorũ lapſus.*
Ora, uidete cohors, qui ſine lege cadunt.
Quid iuuat inſignes cumulis attollere gazas?
En cadit falſa prodigus arte labor.
Aſt ego ſpe uixi faciens ut oliua racemos, *Perſeuerãtia fidelium.*
Roſida perpetuo flumina fonte bibam.
f Vnde

Vnde tuum bone dux cantabo per inclyta nomen
Templa, referre ſacros iſta ciebo patres.

## ARGVMENTVM. PSAL. LII.

*Excandeſcit Pſaltes contra iudæos, ac cæteros Dei cõtẽptores, & potiſſimum in eos qui Chriſtum Meſsiam Deum in lege promiſſum infideliter & impie abnegarunt, Exinde carpit illos qui ut hominibus complaceant Deum offendere minime uereantur.*

# Dixit inſipiens in corde ſuo.

MOlliter inſipiẽs ſtolido ſub pectore dixit
Non eſt in uaſto qui tonet orbe Deus.
*Corruptis moribus homines.* Horribilis mores compinxit uita ſceleſtos,
Vir quotus inſudat fortis inire bonum?
Turpiter errantes dominus proſpexit ab alto
Nouerit & ſi quos pacis habere modum.
Corruit in pontum ſceleris peccabile uulgus,
Non probitate grauis, non uir in orbe manet.
*Comminatio punitionis & ultionis.* Nonne ſcient celeres me mortis habere miniſtros,
Viſcera qui populi panis ut oſſa uorant?
Extimuere deum terrarum dicere patrem,
Fuderunt pauidos turba puſilla metus.
Numine qui ſpreto Reges uenerantur in orbe,
Perfida ultratio diſsipet oſſa Tonans.
*Salus parturientis eccleſiæ.* Quis dabit ex Sion (niſi ſors diuina) ſalutem?
Quis captiuatos ſoluet ab ære patres?





## ARGVMENTVM PSAL. LIII.

*Oratio Chriſti ad Deum patrem ſuper eius paſsione, ac pſecutione ſtatus eccleſiæ per iudæos, infideles, tyrannos, Hæreticos, ac Schiſmaticos infligenda, a quibus petit idem Chriſtus, aut eccleſia liberari quo diuinus cultus libere per fideles tractetur, quare gratias pollicetur.*

# Deus in nomine tuo.

ME Deus omnipotens tua me pater inclyta ſoluant
Nomina, ſyncærum me tua dextra iuuet.
Exaudi, ſpectes, quæ det ſuſpiria pectus, *Inimicorum ſæuitia. Petitionis adimpletio.*
Percipias oris candida uerba mei.
Inſurrexerunt, qui uitæ ſtamina fortes
Morte petant, oculis nec Deus ultor ineſt.
En pius adiutor, præſtans bonitatis imago, *Tyrãnorum uindicta.*
Suſcipit in charos ſplendida uota ſinus.
Da feriant hoſtes haſtilia dura ſuperbos, *Gratiarum actio.*
In proprium redeant ſpicula miſſa caput.
Hinc tibi ſacrificus reſonanti carmine Vates,
Aedibus in claris nomina magna canam.
Hinc Deus omnipotens omni uenerabilis æuo,
Quod mea tela ſuper res inimica fuit.

## ARGVMEN. PSAL. LIIII.

*Querela Chriſti ad Deum patrem ſuper afflictionibus, inigustijs, & oppreſsionibus ipſi & eccleſiæ ſuæ a perfidis iudæis inflictis, a quibus petit liberari, & de his uindictam imprecatur.*

# Exaudi Deus orationem.

*EXcipe uota Deus, ne claudas fletibus aurē,*
*Audi ſollicitas dulcis imago preces.*
*Grauiſsima tentatio.* *Heu mihi condoleo ſæuos perpeſſus agones,*
*Dum geminat toruum gens inimica ſcælus.*
*Imponunt falſi mendacia carmina teſtes,*
*Scilicet inſontē trux necet ira uirum.*
*Cor graue turbatur, mortis formido prophanæ*
*Me rapit, in tenebris anxia corda ſedent.*
*Typus pſecutionum eccleſiæ.* *Et dixi, uolucres quis præſtet in aëra pennas,*
*Vt ſtabilis ſolidos figat arena pedes?*
*Ecce procul ſedes poſui fugitiuus, & errō,*
*Alta cauernoſæ dum iuga rupis ago.*
*Hic mihi continuò dixi ſupereſſe ſalutem,*
*Vnguibus è lacæris inde redemptus eam.*
*Vltio de hoſtibus petita propter impietatem, & iniquitates.* *At poſtquam diros agitat fera peſſima dues,*
*Vre, ſeca linguas et Babylonis opus.*
*Nocte dieq; grauis reſidet ſub mœnibus error,*
*Terribilis media cernitur urbe metus.*

*In plate*



*In plateis Vſura uorax, per compita fraudes,*
*Perq; domos latebræ, ſchiſma, rapina, doli.*
*Si mihi tela ferus iactaſſet ahænea Cleptes,* *Argumētum intolerabilis inimicitiæ.*
*Delectaſſet atrox ſuſtinuiſſe malum.*
*Mordicus ore canis mihi dum latraſſet, ab illo,*
*Forſan traxiſſet frons caperata pedem,*
*At uero noſtras, qui rite domeſtias hoſpes,*
*Dux comes in charos qui mihi notus eras?*
*Sumpſiſti mecum ſuaues dulcedinis eſcas,*
*Et tibi colloquijs miles apertus eram?*
*Indape parca ferox acres mordere tyrannos,* *Imprecatio cœleſtis iræ.*
*Deſcendant ſtygias corpora uiua domos,*
*Heu heu ſacra notant ueteres contagia noxæ,*
*Pereant in multos qui ſibi damna ferunt.*
*Aſt ego pacíferas uoces in cœlica duxi,* *Confirmatio petitionis.*
*Protinus & dia ſum releuatus ope.*
*Veſpere, mane, dies medio cum fulſerit orbe,*
*Hoc exauditum pondus ad aſtra feram,*
*Libera nobilibus mea mens regnabis in oris,* *Iuſti fiducia, et impiorum perditio.*
*Poſtubi fatiferum uolucrit aura gregem.*
*Qui ſedet in roſtris æquus per ſæcula iudex,*
*Iudicat inſontes, corda proterua ferit.*
*O quàm cæca rudi labentur corpora motu,*
*Vnde truces pœnas pro leuitate trahent.*
*Gens ſacroſanctas contaminat impia leges,*
*Cui manſueta tulit lumina regis apex.*
*Aurea prædula Syntagmata pinxit oliuo,*
*Et fera pacato geſa ſub ore latent,*

 *Si ti*

Exhortatio iuſti ad patientiam in aduerſis habēdā

Si tibi cura deum lachrymis placare Tonantem,
Non fluet in triſtes uncta carina ſinus.
In tetri latebras Acherontis, in aſpera mortis
Regna, Panomphæo gens inimica ruet.
Qui domino ſperant, domino uiuunt, quis atrocem
Quis uitæ medios uidit habere dies ?

## ARGVMENTVM PSAL. LV.

Vox eccleſiæ inſtar columbæ ſimplicis, humilis, & pacificæ a ſuis uexationibus liberari, afflictores quoq; ſuos punitũ iri petentis, & ob id Deo gratiarum habet actiones.

## Miſerere mei Deus.

O Deus omnipotens qui ſydere cernis ab alto,
Quē grauis exagitet (rex miſerere) manus.
Tribulatio ab inimicis.
Me conculcarunt laceris pugionibus hoſtes,
Vix me torquenti ſufficit alta dies.
Poſtera lux pauidum iactabit in ora tremorem,
Hos tamen in fremitus ſpe duce fortis ero.
Ad mea ſtelliferas ibunt ſolamina turres,
Opes in aduerſis.
Nulla timebo ſacer, quæ ferat hoſtis humus.
Quæq; fuere mihi ſacrata notauit iniquus,
Quò noceat, ſontes ſculpſit in exta manus.
Qui tales reboat cæcata mente ſuſurros,
Quo teneros figam ſpectat in orbe gradus.





Vitio de impijs.

Heu quòd ab innocuo ſitiunt terebrare cruorem,
Pro nihilo reduces hos dabis ? ira premet.
Verba fidei.
Ad uitæ columen triſtes iuuat iſſe querelas,
Nam mea dialis carmina uullus habet.
Illud in aure mea ſonuit, frangentur iniqui,
Promiſſum ſtabili fœdere numen habes.
Anxia dum quaterent animos, q; Olympifer eſſes,
Senſim percepi, cunctipotensq; Deus.
Exhinc magnifico perſoluam munere grates,
Gratiarum actiones.
Nulla uerens fallax quæ mihi geſſit homo.
In te uota Deus ſupplex æterna notabo,
Cum numeris laudes inuiolatus agam.
Frægiſti laqueos, animam ne perderet hoſtis,
Aut fluerent noſtri per ſalebroſa pedes.

## ARGVMENTVM PSAL. LVI.

Vox eccleſiæ per Chriſti aduentum a captiuitate diaboli ca liberari deſiderantis, ubi & myſteria paſſionis, & reſurrectionis eiuſdem memorantur.

## Miſerere mei Deus.

IN te dum mea ſpes, in te dum ſola recumbit,
Vita, ſalus, bonitas rex miſerere precor.
Exclamat & prædicit liberationem.
Dum furor hoſtilis, dũ pũgunt membra ſagittæ,
Penſilis alarum ſubtegat umbra caput.

Aurea nempe dabo querulas in ſydera uoces,
Nam Deus ultrices tendis in arma manus,
Auxiliator ades ſupera demiſſus ab arce,
Quo reſupina mihi uis inimica ruit.
Dormiuit tumidos inter mea uita leones,
Attamen æterna libera morte fuit.
Iudæorum ſæuitiam increpat. Sunt hominum dentes, uelocia tela, ſagittæ,
Atq; rogi, gladius, lingua, machæra triceps.
Regia ſydereo ſtabilitur honora ſedenti,
Exuperatq; grauem palma tonantis humum.
Dant teneris pedibus raros præſtigia caſſes,
Vnde fit humana debilitentur ope.
Foderunt rabidæ ueſtigia concaua Tigres,
Foſſores rapuit lubrica terra lupos.
Glorificatio Dei in Chriſto per orbẽ. Prompta mihi magno mens eſt ſeruire Tonanti,
Inſignis Pſaltes diſticha laudis agam.
Surge ſalus, exurge Chelis, conſurge Choraules,
Surget in aurora mens mea prompta Deus.
Grande fatebor opus per cunctas Pſaltria gẽtes,
Pſalma tuum Vates comis ad alta feram.
Maximus in terris, replent tua pneumata cœlos,
Conuexumq; tonans ſtellifer orbis habes.
Exaltare ſuper ſtellata palatia rector,
Qui tibi conciues ſcribis in aſtra Deos.

Argum



ARGVMENT PSAL. LVII.

Apoſtrophat Pſaltes ad Iudæos innocentis Chriſti tortores, crucifixores, utpote qui uſtitiæ partibus ut literarum Legumq; profeſſores fungi debuiſſent, nihiloſecius iuſtũ & innocentem Chriſtum: Barrabam uero ſceleratum hominem abſoluentes, condemnauerunt, Quare & de his punitionem imprecatur, atq; prædicat.

## Si verè vtiq; iuſtitiam.

Qui fora iuſtitiæ, q legum ſceptra tenetis,
Soluite maturum dexteritatis opus.
Subdola qd cor habet? qd & impia lĩgua pfatur, Hypocriſis malorum radix.
Concinnant ueſtræ quidue pudenda manus?
Errauere uagi primo ſub ſemine patres,
Pincipio mendax ora locuta ſcelus.
His labor eſt hydræ, pigro gratiſſimus angui, Iudæi cæci & ſurdi.
Concaua cuius humus texerit ungue caput.
Quem neq; blanda uiri ſapientis carmina fallũt,
Nec ruit in fatuum Dipſas hiulca melos.
Atteret inſanos diuina potentia dentes, Comminatio punitionis Hypocritarũ Iudæorum, ac iniquorũ iudicium.
Mordaces quatiet dura machæra molas.
Impete ceu rapido perdit ſua flumina torrens,
Sic fluet in ſubitum turba nephanda chaos.
Diſpereant donec ſinuoſis arcubus hoſtes,
Appenſa eſt tereti dura ſagitta tholo.
Perdentur ſontes, ut mollis cæra liqueſcit.
Haud uidere iubar, quos uaga flamma ſubit.
Spinula

Exhortatio ſi quidẽ uindi/ ctã præceſſit. Laus Dei a iuſticia:

Spinula quàm Rhamnum mollis ſentiret acutum,
Cræber ab æthereo deddit axe rogus.
Gaudebit iuſtus,cum iudicis arbiter iras
Viderit,atq; malus tinxerit ora cruor.
Tunc tibi dicet homo, cunctis ſua præmia reddit,
Iudicat omne ſolum cunctipotentis apex.

## ARGVMENT. PSAL. LVIII.

*Oratio Chriſti ad Deum patrem, in qua tria facit, Primũ de manibus Iudæorum per reſurrectionem petit liberari. Secundum, Iudæorum temporalem, ac ſpiritalem extermi/nationem ſeu punitionem imprecatur. Poſtremo de ſua re/ſurrectione Deo patri gratias habet:*

## Eripe me domine.

FOrtis in arma Tonãs,animã ne uĩdicet hoſtis,
Atq; grauis laceret(perde cruenta)furor.
Obſerues diuæ clemens bonitatis imago,
Ne laniet mentem ſanguinolenta manus.
Turba ruunt in me,manibus captiua proteruis
Stringitur horrida mens,me citat umbra mori.

Fiducia Chri ſti ab eius in/ nocentia. Innocentia teſtis deus.

Nil ego peccaui,nec habent delicta ſceleſtum,
Vixi,ſyncærum uita cucurrit iter.
Surgat in occurſus diuina potentia noſtros,
Hos Deus æthera ſpectet ab arce gradus.
Nunc Deus omnipotens immenſum uiſitet orbem,
Sandat & atroces falx inimica uiros.

Veſp



Vltio de iude is qui ſe in/ dignos miſeri cordiæ Dei indixerunt.

Veſpere dira fames ad uallos ſubſtrahat urbis,
Ceu rabidi pereant in ſua tela canes.
Ecce ſupercilio gens aſpera,turba feroci
Pectore,quis(referunt)quæ meditamur,habet?
O Deus internæ qui conſcius omina mentis

Defectio tem poralis iudæ orum.

Colligis,illuſum perde phalangis onus.
Hanc tibi dono fidẽ,tibi(quas ago)porrigo uires,
Hinc fœlix inopem protegat ala uirum.
Da ſuper hoſtiles concurſus fortior adſint,
Pone modum culpæ,ne tuba peſte cadat.
Tam genus infœlix reſeca,diſperge feroces,
Vt capiat ſtabilem plebs tibi ſancta domum.
Sint labor æternus,qui perdita uerba loquuntur,
Se quoq; mendaci uoce ſuperbus agat.
Oris ſacra lues,uolucris mendacia linguæ,
Diſpereant,mortis uindicet illa dies.

Spiritualis iu dæorum ex/ terminatio.

Tanquam fama leuis tenues uaneſcat in auras,
Incipiat toto Chriſtus in orbe coli.
Atroces animas in ueſpere tartara captent,
Circumeant ſtygiam corpora ditis humum.
Inſaturata nimis uaga mens ſpargetur in eſcas,
Ori ſublatas murmura longa dabit.
Aſt ego uitales domini cantabo triumphos,
Exaltabo nouæ mane ſaluis opes.
Tu mihi rex præſẽs,Rector mihi factus Aſylum,
Dux tutelaris,portus apricus ades.
Hinc tibi magnificas reſonabo carmine laudes,
Pro cytharis dicam quòd mihi uita,ſalus.

Argument

## ARGVMEN. PSAL. LIX.

*Elegia, ſeu planctus eccleſiæ patientis, & adflictæ per Iudæos, infideles tyrannos, hæreticos, & alios, ſumpta metaphora a uexationibus populi Iſrahelitici, qui longis, ac diuerſis armorum inſultibus, & captionibus quondam oppreſſus fuerit.*

# Deus repuliſti nos.

*O Deus, infœlix quoties nos preſſerit arcus?*
*Ac quoties lapſis contulit æthra manum?*
*Quot belli fremitus, quot mortis ſigna pudendæ* — *Doloris expoſitio.*
*Strinxerit, expertos continet ora metus.*
*Adfuit hinc populo rabies, & acerba tyrannis,*
*Sic panes, lachrymæ, uina fuere, dolor.*
*Quò fugerent arcus hoſtiles, ſigna dediſti*
*Pectore ſyncæro qui coluere polum.*
*Sic me defenſum cœleſtis gratia ſeruet,*
*Et genus electum libera corda ferat.*
*Quæ Deus in ſancto ſit quondam uerba locutus,* — *A promiſſione ſpem confirmat.*
*Nũc ſcio, iã mihi ſunt Siccyma tẽpla Sochoch.*
*En meus eſt Galaad, meus eſt ditione Manaſſes,*
*Militat Effraym cui populoſa tribus.*
*Iuda quies ſtabilis, regniq; potiſſima ſedes,*
*Spes animum paſcit, quem tenet olla Moab.*
*Nunc per Idumæos ſaliant mea claſſica montes,*
*Eſt meus Euphrates, regna Damaſcus habet.*

Quis



*Quis me turritas quis me perducet in urbes?* — *Exultatio triumphalis eccleſiæ.*
*Aut mihi gentiles quæ dabit aura ſinus?*
*Tu Deus omnipotens qui quondam terga dediſti*
*Subtriſti populo, Rex pietatis ades.*
*Da pater auxilium, dum nos labor angit acerbus,*
*Vana fides hominis, pax uenit alma polo.*
*A ſuperis uires cognouimus æthre ſalutem,*
*In chaos antiquum (qui dat arma) ruet.*

## ARGVMENTVM PSAL. LX.

*Oratio Chriſti ad Deum patrẽ ſuper regno eius æterno in perſona eccleſiæ.*

# Exaudi Deus deprecationem.

*Exaudi bone Rex, qđ ſedes deprecor altas,* — *Orat ut exaudiatur.*
*Accipe quas molli profero mente preces.*
*Numen ab extremo (dum ſternerer) orbe rogaui*
*Extulit & firmum petra ſecunda pedem.*
*Hinc fuit æthereo mens libera plena tonante,* — *Exauditur ex Dei miſericordia.*
*Dum fortes habuit turris ahæna manus.*
*Sic ego nobilibus leuis incola protegar alis,*
*Hic animæ ſedes, hic habitabit amor.*
*Iam mea cœleſtes oratio uenit ad aras,*
*Qui ſanctum faciunt numen, in aſtra ſedent.*
*Mille ſuper centum quingentis orbibus annos* — *Regnũ æternum in Chriſto.*
*Adiicis, æternos ſuggeret æra dies.*

Tanti

Tanti quis poterit diſcalpere ſtemmata Regis,
Qui coram cælſo patre tribunal habet?
Almiſonæ laudis Pſaltes cantabo triumphos, *Gratiarũ actiones:*
Hinc dabo cœleſti cantica prompta melo.

ARGVMENT. PSAL. LXI.

*Eccleſia Chriſto ſponſo gratias agit, pro impenſo ſuæ redemptionis beneficio.*

## Nonne Deo ſubiecta erit.

Nonne panõphæo mea mẽs ſubiecta Tonãti, *Mentem alloquitur Pſaltes.*
(Qui tua uita, quies aurea) ſemper eris?
Rex pater ille tuus, te ſolam gliſcit amator,
Quo ſtabilis uirgo nil mouearis habes.
Vſq; manus hominem ſanctum iugulatis atroces? *Apoſtrophe ad impios.*
Hæc ſunt æterno caſtra parata duci.
Ne caderet uitæ pretium. reprobauit inanes,
Ac ſcidit hoſtiles ſors phalerata dolos.
Eſto panomphæo mea mens adſcripta Tonanti, *Apoſtrophat ad mentem ut Deo ſoli confidat.*
Prodigium decoris ſacra perennis habes.
Ille uigil cuſtos, præſens Deus, ille redemptor,
Ne mouear columen dexteritate tulit.
Quo duce firmabo ſtabiles in prœlia greſſus,
Hoſtibus armiſonis quo duce bella geram.
Eia grex populi nunc ſpes attollite ueſtras,
Soluite ſydereo uota ſerena patri.

Vana



Vana fides hominum, mendaces arte doloſi,
Quò fallant, tremulæ pondera uocis habent. *Arma impugnãtium Eccleſiam fideliũ.*
Non uſura uorax, non furta, nec æris aceruus,
Exaturant animos, plus ſatis illa nocent.
Audiui dominum reor hæc duo uerba ſonantem, *Secũdum opera merces.*
Mẽs mihi dextra ꝓbis, pars quoq; leua malis.

ARGVMEN. PSAL. LXII.

*Tria in hoc pſalmo deſiderantur. Primo affectus gratiæ ſpiritalis quem ſancti patres ante Chriſti aduentum habuere. Secundo reuelationes, ac promiſſiones aduentus eiuſdem: Poſtremo miſerabiles perſecutorũ eccleſiæ interitus.*

## Deus Deus meus.

Abba Tonãs claro cui ſurgunt ſolis in ortu. *Reſpiratio piæ mentis.*
Cui uigiles oculi cantica mane ferunt.
Verbiparens ad te mea mens properare ſitiuit,
Non ſpectet uultus uis peregrina tuos.
En deſerta polum me cogit & inuia tellus,
Quærere purpureum caſtra per alta ducem.
Quotquot agunt animæ (ſuperat tua gratia) uitas, *Fiducia diuinæ pietatis.*
Idcirco laudent te mea uerba Deus.
Te benedicet humus, ſic te mea uita probabit,
Ad te ſollicita mente leuabo manus.
Sicut adeps (animam ſic pinguis gratia) corpus *Fœcunditas miſericordiæ dei.*
Inſtaurat, numeros hinc Cytharedus agam.

Sic

Sic memor ipſe tui ſuper ægra cubilia ſiam,
Quod mihi contuleris præmeditabor opus.
Sub uelamento gradiar protectus honoris,
Dum uigilat cuſtos ad mea ſtrata polus.
Concedant fatis, celeres mittantur ad umbras,
Inſontem qui me ſic petiere canes.
Deus irridet ueritatis ini/micos.
Rex ſuper effracto ſpectabitur aureus hoſte,
Errabunda minax obſtruet ora ſcelus.

## ARGVMEN. PSAL. LXIII.

*Oratio Chriſti ad Deum patrem, ſuper coniuratione con/tra ipſum habita, ex malicia, ſupbia, et cæcitate Iudæorū. demum explicatur altitudo ſcientiæ in explicandis literis ſacris, Apoſtolorum collegio tradita, eoq; erudimur ut in aduerſis domino fidamus, dominū quoq; rogemus adflicti.*

## Exaudi Deus orationem.

REx Deus extendas clamoſis uocibus aures,
Vince truces rigido (deprecor) hoſte minas.
Conſilium iu dæorum.
Finxit turba chorum, nec ſum laceratus in illo,
Excuſsit uanos mens bene ancta metus.
Blaſphemia, inuidia, et dolus.
Vt torui gladios linguas acuere feroces,
Sacra uenenatis morſibus oſſa necant.
Res indigna nimis tentarunt ſpicula regem
Perdere, firmauit dira caterua nephas.
Vt laqueos tegerent, dixerunt, nos quis in arcum
Cæcitas cor/dis ex malicia
Accinctos perdat? non uidet ima polus.

Falſidic



Falſidici uates leges ſcrutantur iniquas,
Scilicet falſos uenādo teſtes
Rimantur, nec agunt nobile uatis opus.
Impius (ut ſaperet) ſtuduit, ſed numen ab ipſo
Fugit, nam ſtupida nult deus arte capi.
Paruorum uolucres ſuperarunt tela ſagittas,
Laus Apoſtolorū in ſacris literis inter/pretādis.
Perdomuit ſapiens lingua puſilla ſophon.
Conturbatur humus, tumidi mirantur honores,
Altiloquos uates grammata mixta loqui.
Veridici proceres quæ ſacra uoce locuti,
Pro re conſpicua frugifer orbis habet.
In domino lætos facient Sympſalmata uerſus,
Doctaq; laudatos reddet auena duces.

## ARGVMEN. PSAL. LXIIII.

*Commendatur eccleſia ſub typo ueteris Heruſalem, quæ præcellit loci ſanctitate quātū ad cultum diuinum, tū am/bitus magnitudine ac poteſtate, tum etiam abundantia cibo rū & refectionis ſpiritalis, quæ ſunt eccleſiaſtica ſacra/menta, & gratiarum dona.*

## Te decet hymnus.

TE decet in Sion placidæ ſymphonia laudis,
Nouus populus ſanctificator Dei.
Soluat Hieruſalē uota decoris apex.
Ad ſacra conſcripti uenient delubra prophetæ,
Hic ubi caſta ferax gens holocauſta dabit.
Si nos conuincant, nobis dominentur & hoſtes,
Proſperitas nouæ Hieru/ſalem.
Præualeat miſſus dira per arma furor.

g Qui

Qui tenet anſanctas (ſors illi proſpera) turres,
Illic æternæ fulcra ſuperba domus.
Hic ubi nectareæ pingues dulcedinis eſcas,
Ambroſiæ fructus, balſama, templa gerunt.
Spes immenſa faue, quam res deſiderat omnis,
Qua duce ſub toto militat orbe fides.
Excelſos montes appenſo culmine portas,
Ac maris undiuagos pellis in alta ſinus.
Conturbabuntur (dederint cum talia fines
Signa) uiri, pauidos ad ſacra danda metus.
Maxima fœcundos ſibi protulit arida fructus,
Addidit & pinguem ros ſatiaret humū.
Flumina diuinus cœleſtia compluit imber,
Pronaq; frugales ſuggerit unda cibos.
Tãtus in amne ſapor, qđ riuus inebriat orbem,
Illic unda fluens (quid) locupletat humum.
Aurea ſæcla micans & iam nouus adferat orbis,
Sic tua ſacratum dextra coronet opus.
Pingueſcet ruris facies, in montibus arbos
Frondeſcet, uires ſic dabit almus ager.
Vallibus ampla ſeges, aries ſua uellera fœlix,
Hymnidicumq; grauis turba poëma feret.

*Magnitudo ambi us ac poteſtatis Hieruſalem.*

*Abundantia gratiæ ſpiritualis.*

*Laus baptiſmalis fontis orbē uniuerſū irrigãtis.*

## ARGVMEN. PSAL. LXV.

*Exhortatio eccleſiæ ad humanum genus, ut pro ſuæ redēptionis beneficio gratiarū actiões perſoluat Deo ieſu chriſto, qui per crucem & multas tribulationes, humanos exaltat & fortes facit in ſuo Regno.*

Iubilate



# Iubilate Deo omnis terra.

TErra panõphæo des iubila feſta Tonanti,
Hymniſoni celebra qcqd honoris habes.
Pangite q̃ uehemens adſit diuina poteſtas,
Decipit incautum dextra ſuprema gregem.
Omnis terra ducem recolat, ueneretur olympus,
Inſignem pſalmi confiteantur herum.
Huc properate uiri, raros ſpectetis honores,
Egregiū ſtruxit dextra Tonantis opus.
Pontica littorei conuertunt æquora fluctus,
En populus ſicco tranſilit alta pede.
Hæc patris æterni uirtus, hæc lumina gentes
Reſpiciunt, quod obeſt robur ad ima petūt.
Pangite ſydereum miranda poëmata regem,
Tangat & auritum uox ſacra laudis ebur.
Ille ſacroſanctos tulit ad mea flamina fines,
Extulit immotum per nigra ſtrata pedem.
Hoc probat infandus qui nos exarſerit ignis,
Vt tentant uolucres fulua metalla rogi.
Venimus in laqueos, uehemens nos perculit angor
Ac ſuper inflexum decidit ira caput.
Iam licet horrendos ignes, ac frigoris æſtus
Senſerit ægra ratis, linthea portus habet.
Vnde coronato ueniam phaleratus ad ædes
Dragmate, pro uotis aurea dona feram.
Vota laboranti ſoluam, quæ corde locutus,
Vult Deus impenſa dexteritate coli.

*Metaphora a trãſitu maris Rubri.*

*Gẽtes credũt & Iudæi reprobantur.*

*Conſtantia martyrum.*

Hinc aries, hircus ſacros altaribus ignes,
Crebraq; uocalis bos holocauſta dabit.
Quas animæ dotes fœlix donarit olympus,
Gentibus edicam, cernite ſigna uiri.
Ad ſuperum cordis clamarunt ora Tonantem,
Protinus excelſo uenit ab orbe ſalus.
Erroris nuſquàm mea mens congeßit aceruum,
Aſtrifer haud redolet frigida thura polus.
Planta ſerenatos quàm fixerit aurea curſus,
Quàm fœlix animus candida ſigna notant.
Egregiæ rutilum depingant æthera laudes,
Pro meritis fœlix quæſo triumphet honor.

Salubre cōſilium liberæ mētis ad uniuerſos paris gratiæ capaces.

## ARGVMEN. PSAL. LXVI.

Oratio eccleſiæ ad Chriſtum ex uaticinio Dauidis futurū qui adeſſet finis legis omni credenti ad iuſticiā, ubi duo altißima ſcilicet aduentus ipſius Chriſti in carnē, ac diuinæ trinitatis uberrima recitantur myſteria.

## Deus miſereatur.

O Clemens noſtros Deus ô miſerate labores
Da uultus placidos, fer miſerantis opē.
Agnoſcamus, ubi tua rex ueſtigia figas,
Candida mellifluæ ſigna ſalutis habes.
Te



Te populi laudent, ita lex fateatur & orbis,
Pſalmorum titulis te ueneretur apex.
Lætentur, celebres confingant agmina uerſus,
Clara ſub æquato numine roſtra tenes.
Confiteantur herum te maxima iura potentem,
Terreſtres fructus uis ſpecioſa tulit.
Hos Deus ille metus, Deus hos aſpiret honores,
Id Deus infundat quod uolet aſtra decus.

## ARGVMEN. PSAL. LXVII.

Hic Pſaltes in perſona eccleſiæ excitat Chriſtū a mortuis reſurgere. Connumerantur etiam dona gratiarum, & ornamenta uirtutum, quibus ſuam ſponſam eccleſiam dotauerit Chriſtus in triumphali aſcenſione, inuehitur pariter myſticus homo contra Iudæorum atrocitatem, quibus reprobatis eccleſia ipſa per Apoſtolos conſtructa fuit.

## Exurgat Deus.

ARmipotēs dominus rixoſos terreat hoſtes,
Noxia diuinus dißipet arma furor.
Vt cito fumus abeſt, uel flaua calore liqueſcit
Cæra, potens ſtupidos ſpargat arena metus.
Aurea fœlices conſternant atria menſas,
His quibus illuſtris dat ſacra templa micor.
Cœlica ſolennes domini memorate triumphos,
Nobile ſydereum ſternite uulgus iter.

Ad angelos de triūphali Chriſti in cœlū aſcēſiōe

 Plaudite

Plaudite belliſono(qui ſcandit ad æthera) regi,
Qui Deus inuictas ducit ad alta manus.
Dux tenet empyreos loca numinis aureus axes,
Hic ſacer unanimes ponit in aſtra choros.
Robore fœlici uinctos educit olympum,
Qui redimi ſpernunt, quíue ſepulchra tenent.
Sceptriger, atq; potens quum per deſerta meares
Nouit, qua populus dexteritate fores.

Alluſio metaphorica ad donagratiarũ populo iudæo ſub propheta Moſe in deſerto cõceſſa.

Extimuit tellus, hic pluuit olympica cœlum
Dona, quid? Iſrahel te probat eſſe ducem.
Hic dabit optatos genti ros cœlicus imbres,
Hauriet hic molles grex ſitibundus aquas.
Aurea fœlices habitabunt agmina campos,
Clara pio generi caſtra benignus habes.
Illic altiſono ſpirabunt pneumate uates,
Arcanumq; ſciet dogma propheta loqui.
Hic dabit egregius uictor partire ſuperbas
Exuuias, ſeruat quas ſpecioſa domus.

Attẽde multiplices ornatus eccleſiæ.

Eia ſi medios inter dormitis olores,
Si dulces cantus alba columba ſonet.
Dum ſuper hanc reges ponit dominator Olympi,
Calle latebroſo ſancta uacabit humus.
At ſuper hunc montẽ uernabunt gramine flores,
Quid capit aërius lumina cordis apex?

Mõs chriſtus ſuper quẽ colũba, id eſt, eccleſia ſedit.

Mons ſacer, arx fœlix, ubi regis olympica ſedes,
Hic dabit æternam temporis æra domum.
Millibus innumeris Synai ſuper alta feruntur,
Diuini geſtent quos ſacra turma pedes.

Rex



Triũphus Chriſti ſuper deuictis hoſtibus.

Rex ſuper æthereos conſcendit feſtus honores,
Captiuos redimens aurea dona tulit.
Numinis expertes, idololatrasq; nephandos
Armiſonum iuſſit uocis araret opus.
Nobilis aſsiduo celebretur honore triumphus,
Qui noſtræ ſtrauit dexteritatis iter.

Chriſtus ſalutaris noſter.

Soluit & ille Tonans horrendæ tartara mortis,
Forte ſalutiferi nomen honoris habet.
Ille tridentifero diſperdet in enſe tyrannos,
Quos neq; perpetuo ſoluet ab igne ſalus.

Comminatio in chriſti aduerſarios.

Ad Bazan(dixit rex) ſigna ferocia mitto,
Ad nigrum perimens uſq; nephanda ſcelus.
Conſpicient fluidum percurrere ſtrata cruorem,
Atq; cruenta feros lingere ſaxa canes.

Laudes Euãgelij.

Viderunt rutilam quæ gemma micaret in orbem,
Significauit opus, quis Deus ipſe fores.
Præuenere duces ortæ diſcrimina cladis,
Mollis & argutum uirgo ſonauit ebur.
Agminibus claris ſacra concio pange triũphos,
Pange Deo Charitas, ſuccida fontis habes.

Paulus tuba Euangelij.

Beniamyn hic iuuenis ſuperas cor tendit ad arces,
Carmina quem rapuit diuus in alta furor.

Deſcribũtur exercitus populi Dei.

Horum Iuda duces, horum dux Zabule flamen,
Vos genus electum Neptaliciq; patres.
Manda uirtuti, compinge quod alta poteſtas
Finxerit in nobis, quíue perennis amor.
Quando ſacræ facient Solymis cõmercia gentes,
Quando tibi reges aurea dona ferent.

 Argue

*Vltio contra aduerſarios Chriſtianæ pietatis.*

*Argue quos fallax extollit Arundo Leones,*
*Qui reprobant dextrum relligionis opus.*
*Perde truces uultus qui bella ferocia tractent,*
*Præueniat ſuperum gens peregrina ducem.*

*Sanctificatio nominis Dei ubiq;.*

*Cœlorum ſublimis apex, terræq; profundum,*
*Magnificum certent regis arare decus.*
*Nam Deus in ſanctos mirabilis excitat actus*
*Robur, & in plæbem cor benedictus habet.*

## ARGVMEN. PSAL. LXVIII.

*Chriſtus in anguſtia mortis Deo patri de Iudæis ſuis afflictoribus conqueritur, & ſui innocentiam comprobans, ab illis per reſurrectionem liberari, & de ijs uindictam captari petit, cum gratiarum actionibus in eccleſia ſua perſoluendis.*

## Saluum me fac Deus.

*Anguſtia.*

*DA pater auxilium, ſi caſus cernis ab alto,*
*Flebile torrentes cor ſubiere lacus.*

*Metaphora à nautis periclitãtibus ſũpta*

*Decidit en mea res ſuper exitiale profundum,*
*Non fortes animi, nec mihi robur ineſt.*
*Venit in undiuomos pelagi Corbita receſſus,*
*Turbauit laceros dira procella ſinus.*
*En mea uox raucas perſtrinxit ſtridula fauces,*
*Dum peto in alta Deum, ſtillat ocellus iners.*

*Perſecutio grauis.*

*Ad mea crudeles uigilent quot fata tyranni,*
*Cerne, malus gladium funeris hoſtis habet.*

*Sæuit*



*Sæuit atrox numerus, falſò mihi crimina ponunt,*
*Quod pius exolui, debitor alter erat.*

*Innocentia Chriſti. Orat adflictus.*

*Tu ſcis inſipiens tibi qua peccauerit arte,*
*Non mea ſunt oculis crimina tecta tuis.*
*Ex me non pereant, tua qui uexilla ſequantur,*
*At ſacer incolumes ducat in aſtra metus.*
*Te Deus Iſrahel toto qui pectore captent,*
*Nil grauis euentus ſorsq; caduca premat.*

*Zelus chriſti*

*Propter amoris onus rigidos ſum paſſus agones,*
*Mille crucis pro te digero probra Deus.*
*Segniter ignorant rabidi ſua uiſcera fratres,*
*His peregrinus agor, qui ſata matris erant.*

*Iudiciũ mundi de Chriſto*

*Quòd mihi grata domus fuerit conſtructio ſacræ*
*Exprobror, infauſtos uis agit ægra metus.*
*Dum ſacra conſtrictus faceret ieiunia uenter,*
*Irriſit patula fauce cachinno uirum.*
*Hiſpida uilloſis cinxerũt ſtragula corpus*
*Funibus, & de me Cantio plæbis ineſt.*

*Scãdalum iudæis, & gẽtibus ſtultitia.*

*Carmina pro foribus cantabant dira ſedentes,*
*Hauſtibus immenſis qui mera uina bibunt.*

*Perſuaſio libertatis in quatuor. ſ. miſericordia, puritate, potẽtia, & ſufficientia.*

*Clamoſas igitur protollo ad ſydera uoces,*
*Vnde mihi ueniæ proſpera iura fluant.*
*Sic bonus es miſeris, ſuperat clementia bellum,*
*Nam Deus humanæ ius pietatis habes.*
*Ne ſubmerſus, aquas uidear penetrare latentes,*
*Suſcitat arenoſum prodere terra pedem.*
*Haud mea pontiuomus demergat guttura uortex,*
*Nec puteum ſapiat tractus ab amne labor.*

*Vt*

Miſericor/dia Dei. Auguſtinus, Suauis eſt tribulato miſericordi, ut panis eſurienti.

Vt pia ſuccurrit miſeris clementia rebus,
Sic reduces animos ex bonitate trahas.
Spiritui laſſo facies oſtende ſerenas,
Morte laboranti trade benignus opem.
Tolle paroxyſmos, reprimas ludibria gentis,
Qui formam noſtræ relligionis habes.

Innocentia Chriſti.

Nota tibi ſeries, qui me lacerare cruentis
Dentibus expectant, unde caducus agor.
Præmoror hic ſocium, qui me comitetur ad aras,
Non comes hic lachrymas pro moriente iacit.

Immanitas iudæorum.

Nempe ferox uitrei mihi fellis menſa paratur,
Irrigat & mordax guttura ſicca liquor.

Imprecatiões maledictiões & uæ contra iudæos.

Lurida menſa uiros fatali munere raptet,
Quem ſtrinxit laqueum cingat iniqua manus.
Lumina ne uideant hebetes caligine ſenſus
Da, numerent lacros cernua dorſa pedes.
Pande tuam Nemeſim, ſæuos diſperge furores,
Vim pro ui, fortis pro nece bella feras.
Fiat & ille mihi paßim fugitiuus, & erro,
Incolat emißas ſors peregrina domos.
Heu gentis rabies, quia quem percuſſeris, ultrà
Conatiunt laceræ corde furente manus.
Da toruis ſtimulos, da nigro geſa furori,
Prætereant rectum proſperitatis iter.
Deſinat impia gens uitales pingere chartas,
Nec mala cum iuſtis concio nomen agat.

Laudis ſacrificiũ, ſeu gratiarũ actiões

Triſtis amara ferens ego ſum qui funera planxi,
Me tamen accepit Rex tua ſancta domus.

Hinc



Hinc ſacri celebres reſerabo carminis odas,
Pro ætharis magnum clarificabo ducem.
Gratior hinc domino quàm tauri uictima cultus,
Cuius arenoſam pes terit ater humum.
Reſpiciant humiles, geſtent & in æthera plauſus,
Vt mens in ſuperos uiuat, amate Deum.
Exauditus inops domini ſolamina pauper
Audijt, euinctos traxit ad aſtra Deus.
Telluris facies, mare, quod tegit omnia cœlum,
Sydereo laudes dicite turba duci.
Nam Deus egregiæ ſtellata palatia Sion
Conſtruit, atq; tuas Iuda ſuperba domos.
Hic domus, hic reges, hic gloria magna triũphat
Hic dominæ menti parta uireſcit humus.
Cui Deus æthereas generi donauerit arces,
Huic decus æterna pax erit alta domo.

Noua Hieruſalẽ in cœlis cõſtruitur ſanctis.

## ARGVMEN. PSAL. LXIX.

*Vox eccleſiæ petentis ab aduerſarijs per Deum liberari, quem ſolum nouerit bonorum protectorem, ac malorum uindicem.*

# Deus in adiutorium.

O Meus adiutor, mea ſpes, mea cura, meũ cor,
Auxiliatricẽ da mihi (quæſo) manum.
Diſpereant, tetricum ſubeant & in atra ruborẽ
Tartara, qui mentis fila ſecunda trahunt.

Exidat

Excidat à uotis, obſcurum gloria finem
Obliget, in uaſtum corruat ira chaos.
Hinc pudor informis rapiat ſubmolle canentes
Euge, meum tanq̃ nomen inane ſonet.
At faciant hilares inſignia pectora uultus,
Ingentisq; tuus creſcat in orbe decor.
Pauper, egenus, inops tibi rẽ, tibi corda repono,
Sis meus adiutor, ſis mihi dextra quies.
Auxiliare Tonans, libertatisq; magiſter,
Ne mihi dos ueniæ dextra moretur opem.

## ARGVMEN. PSAL. LXX.

Præſens pſalmus tractat peregrinationem ſtatus eccleſiæ ab Adam uſq; ad Antichriſtum, quæ per ſeptem mundi æ/tates deſignatur, in quibus multas hactenus paſſa, demũque ſit ſubitura calamitates per iudæos, infideles, et cæteros id genus hæreticos, tamen ab ijs ſperat per Chriſtũ tandem liberari.

## In te domine ſperaui.

Oratio fiden tis Deo.

SPem domino fixi, ne fruſtra corde rogatus
In te ſperanti dona petita neges.
Eia purgatis inclines uocibus aurem,
Pande ſalutiferum (trade quod oro) decus.
Eſto mihi fortis, protector, pacis Aſylum,
Sis pia (quæſo) ſalus, pectoris alma quies.

Et



Verba ueræ fidei.

Et mihi caſtra refert, tua me ſuſtentat imago,
Te ſine nil mea res dexteritatis habet.

Petitio libertatis.

Vim peccatoris perdens confringe procaces
(Ne fingant ſcelerum deteriora) manus.
Roboris exemplar, clari fulcimen honoris,
Quæ mihi ſuccurrant ſpes generoſa colit.
Ex utero ſtabilis, meus es genitricis ab aluo
Seruator, ſolidum cingis ubiq; latus.
De te carmen ago, quàmuis monſtrauerit unguẽ
Inuida plebs, nihilo res minus apta ſubeſt.
Mollia des gracilem calamum ſpirare per ora,
Vt ſonet aßiduum buccina feſta melos.
Temporis in ſenio uel ſi defecerit ætas,
Viribus effractis fer pietatis opem.

Aduerſariorũ lætitia in caſu noſtro.

Cuſtodes animæ qui tentant prodere, fingunt
Concilium, tacito uerba ſub ore ſonant.
Si iubet infernas deus hos tranare paludes,
Nunc laceræ claßis præueniamus iter.
Quare age ꝑ longos ne cimba ueterrima tractus
Mergatur, rigidos da ſuperare ſinus.
Deuia ſtringantur uacuæ ſub ſomnia mentes,
Atterat informis cæcula corda pudor.

Spes in aduerſis fortior.

Spes mea ſemper eris, ſic Pſaltes carmine fiam,
En noua mens creſcit, dum noua plectra gero.
Ore fatebor enim quæ legum munera portes,
Quæq; ſalutiferæ fœdera pacis agas.

Cõfutatio humanarũ ſciẽtiarum.

Grãma quòd ignorem, tua Rex arcana uidebo,
Cœleſtisq; ſciam myſtica iura domus.

Dum

Dum iuuenes agerem (docuit me ſpiritus) annos,
Splendidus hinc uates carminis arma gero.
Atq; geram, fallax ſi me perſtrinxerit æuum,
Si ſenio uincar, robora priſca feras.
Donec prætulerim quæ tu ſignaueris orbi
Arma, poteſtatis ſigna timenda tuæ.
Arma poteſtatis generi monimenta futuro
Te magnis dominum rebus ineſſe probant.
Quot quantaſq; humili ſub pectore ſtrixerit artes
Verſa mihi toties pondus imago tulit.
Tandem præualidum pretioſa potentia robur
Auxit, & in uultus pars mihi chara fuit.
Es Deus (ut fatear) ſummo uenerandus honore,
Poſt te nil flagrans ara decoris habet.
Aurea proſilient hilares in carmina ſenſus,
Cantabit lepidum bucca diſerta melos.
Amplius & reſona grandeſcet arundine pectus,
Si rubor inuoluat, qui neqs ora tenent.

Cõſtãtia fidei & confeßio.

Probatio miſericordiæ Dei in ſpem.

Glorificatio Dei in ſancti tate.

## ARGVMEN. PSAL. LXXI.

Deſid:rat Pſaltes aduentum Regis Meſſiæ extemplo accelerari, cui iudicandi poteſtas in perpetua pace erat tradenda, ſub ſtabilimento eccleſiæ & latriæ cultu.

Deus



# Deus iudicium tuum.

IVdicium quod habent præclari iura ſenatus
Aetherei regis nobile culmen agat.
Legibus immenſum iudex præponderet orbem,
Iudicet omniferam rex benedictus humum.
Suſcipiant montes celſo de uertice pacem,
Iuſtitiam colles ex bonitate pluant.
Diſcutiet montes humili pro gente ſuperbas,
Inſontes capiet dextra, ſiniſtra feros.
Summa Dei uirtus nitido cum ſole manebit,
Ante iubar Lunæ ſæcla perennis habet.
In bibulum uellus mollis deſcendit ut imber,
Dum matutino rore madeſcit humus.
Tum lex iuſticiæ, tunc candida iuris origo,
Ad phœbes lapſum copia pacis erit.
Ad maris uſq; ſinus regnabit, ab æquore lato
Fluminis ad fines, maximus author erit.
Aethiopes poſita uenient grauitate tyranni,
Omniparens linget plebs inimica ſolum.
A Tharſo roſeos legabit & Inſula reges,
Hinc Satrapes Arabum dona Sabæa feret.
Sic magnum cuncti proceres hæroa ſuperbis
Afficient opibus, cordaq; prona dabunt.
Huius item regis memoratur auita poteſtas,
Subleuat imbelles, triſtibus addit opem.
Viribus effractos artus, inopeſq; iuuabit,
Decliues animæ roboris inſtar erunt.

Iudiciũ & iuſtitia ſunt Chriſti.

Partes iuſticiæ:

Aeternitas iudicis.
Modus incarnationis ſub typo pluuiæ Gedeõis iud. ſexto cap:

Rex ſup omnem terram Chriſtus.

Latria Regi Chriſto impenſa.

Beneficium Chriſti in pauperes.

Si qua

Si qua erit ardenti mala mens accincta rapinæ,
Auferet uſuras regis amicus honor.
Procedent Arabes, rutilans donabitur aurum,
Supremum numen qualia dona decent.
Chriſtus in ſacramẽto altaris & uſq; ad cõſummatione ſæculi nobiſcum.
In terra fœcundus erit res inclyta panis,
Exuperans Libani proſperitate ſolum.
Protrahat ille Tonans ſacratum in ſæcula nomẽ,
Qui phœbi ante diem ſplendidus axe fuit.
Creſcet honore tribus, gens, natio rege ſub illo,
Magnificumq; trahet terra benigna ducem.
Quare Chriſto latria debeatur.
Maieſtas, & honor, ſummiq; potentia regis,
Imperium cunctis rebus ineſſe notant.
Hinc ſacra nobilitas, exhinc reuerentia cultus,
Laudis & æternæ cantio fiat Amen.

## ARGVMEN. PSAL. LXXII.

Quare ſinat Deus prauos in hac uita proſperari, bonos uero flagellari arcanum tangitur myſterium: nam utrunque eſt bonitatis & miſericordiæ dei, ut illa bonis in utilitatẽ, meritum & gloriam: malis autem in cõfuſionem, & interitum cædant. Monet ergo Pſaltes ut non pro temporalibus, ſed æternis deũ laudemus.

## Quàm bonus Iſrael.

QVã bonus Iſrael prĩceps, cui corde ſereno
Aeternæ cœli diſtribuuntur opes.





Tentatio ex proſperitatẽ impiorum.
Pes meus à recto diſceßit calle parumper,
Vt ſegnes uidi pacis habere domos.
Non grauis interitus feralia pectora mordet,
Morbida funereus præterit oſſa dolor.
Hi uelut exortes ſimulant infanda laborum,
Vnde ſit humana dexteritate uacent.
Inde truces faſtus hirſuta ſuperbia tollit,
Moxq; tacenda ſubit facta cruentus aper.
Quòd ſuper affectum uolitarit anhela uoluptas,
Prodijt ex longa proſperitate malum.
Inde furens animus ſenſum glomerauit inanem,
In cœlumq; ferox lingua locuta ſcelus.
Hæſit atrox pectus cœli radiantibus aſtris,
Suſtinuitq; uagum terra ſecunda pedem.
Vanus timor puſillorum.
Idcirco faciles populus laxauit habenas,
Concepitq; malos mens ſinuoſa dies.
Dixerunt hebetes furiata mente popelli,
Si deus ardenti fabricet arma polo?
Quare crudeles, & qui uulgariter errant.
Molles diuitias aurea ſceptra legunt?
Hinc dixi, mœrens ſine re mea pectora punxi, Blaſphemia.
Labilis inſontes lauit & unda manus?
Ergo cruentatos fruſtra ſum paſſus agones,
Incaſſumq; grauis perculit oſſa labor?
Si mea ſub reprobis conſtet ſententia rebus,
Tunditur æthereæ relligionis apex.
Hac ſub molle grauem conatus quærere ſenſum
Corruit illuſa dexteritate pudor.

Donec ſacrarum ſaperem myſteria rerum,
Non intellexi, quis miſer orbe foret.
Palinodia erroris ſuperioris.
Propter iniqua (manus et ſi lacerentur atroces)
Fraudibus ecce mali diſperiere ſuis.
Quàm cito preſſa gradus Nemeſis deuenit ad imos
Tum mala præcipites propter acerba ruunt.
Ceu cadit à ſpeculis, quæ picta refulſit imago,
In nihilum uerſus rumor inanis eat.
Sic grauis in renes in pectus deſurit ardor,
Vt nihil efficiar, mens quoq; cæca latet.
Summa ignorati, peccati ignorare. Auguſtin.
Vt pecus inſipiens igitur ſum factus apud te,
Semper ego tecum, ſin minus arma fero.
Fortis in armatas fuit hæc mea dextra cohortes,
Victoriſq; habuit florida palma ſolum.
In cœlis quid ego tam pectore quæro furenti
Signa? qd & diſcors expeto præſtet humus?
Mens fluit, atq; caro nutat, dum talibus hærent,
Cordis aprica quies, pars mea ſemper eris.
Cerno perire truces animos, qui terga dederunt,
Abs te ſubtractos triſtis Abyſſus habet.
Laus Dei.
O mihi perpræſens quàm frugi numen habere,
Quo ſine nil mea uis, quo duce magna poteſt.
Quas ego nunc laudes ò Sion filia ſoluam?
Atiat quos uena diuite canto ſales.

ARGVMEN. PSAL. LXXIII.

Elegia



*Elegia populi Dei ante Christi aduentum captiuitatē ſuā ex peccato primogenij parētis Adæ contractam deplorantis, aut ſi mauis Chriſti ſponſæ planctus eccleſiæ quæ ab infideli gente ſub typo ueteris illius Hieruſalem, quæ olim robuſta dei manu ex Aegyptiaca captiuitate liberata fuit quotidie impetitur, a quibus petit per eundem Chriſtum liberari.*

## Vt quid Deus repuliſti.

VT qd ad ĩfrænes dominus nos ĩpulit iras?
Cur petit infirmas paſtor acerbus oues?
Vox ex affectu.
Sic memor eſto gregis, quē ſtruxeris aureus author
Ad tua ſupplicias dum leuat aſtra manus.
Sceptra tuæ gentis conuictus pertulit hoſtis
Sion, item Cherubin rex ſuper alta ſedes.
Quanta malignatur ſpectes inimicus olympo,
Vt premat elatum uis tua celſa caput.
Superbia impiorū in eccleſiam.
Dum tibi ſolennes agerent commercia ritus,
Intumuit tacto torua Dracæna pede.
Signa ſuper ualidas poſuerunt pendula turres;
Celſus at ignauos prodidit arcis apex.
At uelut inertæ crepitant in ligna ſecures,
Sic modo ſacra domus robora ſciſſa latrant.
Prophanatiō dei templum.
Imponunt adytis rapidos penetralibus ignes,
Commaculantq; ſacras numina ficta domos.
Cordibus atra ſuis mouere baratra nephandi,
A populo celebris deſinat ara coli.
Signa quæ ꝑiūt iudæi.
Signa uenire polo non uidimus, aſtra Prophetes
Qui ſcrutetur abeſt, ſat minus illa Deus.

*Petitio libertatis ſub exclamatione.*

Scilicet in longum durabit ironia tempus?
Vſq; tuum riſor nomen inerme facit?
Cur modo præcipites Aclydas ſeponis ab arcu?
Quid tegitur lento dextra ſeuæra ſinu?

*Potentia manus Dei.*

Rex Deus omnipotens æterna lege parauit,
Illuſtris medio ſtaret in orbe ſalus.

*Alluſio ad uirgã Moyſi in colubrum uerſam, quæ figura fuit libertatis humanæ.*

Turgida rex ſolidos firmauit in æquora pontes,
Aſpis hiulca flagrans hoſtibus æſca fuit.
Saxa tibi cedunt, torrentes fluminis undæ,
Oethalios ſorbet Doris amara ſinus.
Lucis habes, noctiſq; polum, tibi ſolis amica
Mane ſub illuſtri paret imago face.
Quandoquidem rebus metas, & tempora ponis,
Veris, & æſtatis circũa lora tenes.

*Humiliantis ſe deprecatio*

Accipe deuotos, blaſphemos perde trilingues,
Inſipiens de te carmina uulgus habet.
Ne diris humiles dederis ſerpentibus umbras,
Haud cadat a ſancta mens pretioſa domo.
Inſpicias ſanctæ conſcripta uolumina pacis,
Ne uetus æthereum crimen opacet humum.
Sic precor extollas humiles, & ad ima remiſſos
Vt nomen laudet pauper, inopsq; tuum.
Cauſſa tui memorem ſuſpendat in æthera ſenſum
Famoſum toruæ diſcute gentis opus.
Si capis inſanæ feralia carmina uocis,
Protinus hoſtilis ſcandit in alta furor.

Argum



## ARGVMEN. PSAL. LXXIIII.

*Cantus lætitiæ ac laudis pro beneficio redẽptionis humanæ in aduentu Chriſti Meſſiæ, tum etiam uictoriæ ac triũphi habito de perſecutoribus eccleſiæ, Eoq; monemur ne ſuperbe de nobis quid præſumamus, at uero Chriſtum ipſum uerum Deum & uerum hominem, uiuorum & mortuorum iudicem credamus.*

# Confitebimur tibi deus.

*Vox eccleſiæ.*

Noſtra coronatos reſerabũt pſalmata uerſus,
Altithronoq; dabũt cãtica rara duo.

*Verba Chriſti iudicis.*

Quanta per immenſum miracula finxerit orbem,
Iuſtitias faciã, dum mihi tempus ineſt.
Aequa modo fortes ſuſtentat terra colonos,
Texuit in ſolidas aurea fulcra baſes.

*Præceptorũ uis excuſatione aufert.*

Iniuſtis dixi, ruerent ne in centra dolorum,
Martia decliui cornua fronte cadent.
Cui nitor artis ineſt, ſuperent ne tempora frõtẽ,
Nec ſuperent rutilans lubrica uerba ſophon.
Extendens faciem iudex oculatus in omnes
Terrarum fines regnat ubiq; Tonans.

*Deus ubiq;.*

Hũc premit, hũc releuat, niger hic, et cãdidus ille
Mixta mero plenus ſuggerit iſta calix.

*Quaſi inferat, Sicut gloria Dei pro iuſtis, ita ira pro reprobis nunquã euacuabitur.*

Ex hoc uaſe nigrum ſemen confluxit in illud,
Authores ſcelerum fœcis amara bibant.
Aſt ego iuſtitiæ ne tradita munera perdam,
Omnigenæ ſoluam læta Trophæa Deo.

 Deſinat

Deſinet inflatos mens turgida tollere faſtus,
Cernua ſublimis corda leuabit apex.

## ARGVMEN. PSAL. LXXV.

*Sub typo iſrael, iudææ, Sion, & Hieruſalem, quæ Chriſtum natum habuerunt, Regem ſcilicet mirabilia facientē, laudatur eccleſia, in qua ſolus Deus eſt nobis notus per fidem & geſtorum miracula, quæ facta ſunt & fiunt quotidie per eundem Chriſtum.*

## Notus in Iudæa Deus.

TE Iudæa Deus, te publica fama per orbē
Emiſſum ſupera nouit ab arce ducem.
In Solymis requies domino pergrata Tonanti,
Fulcra domus ſanctæ Sion amœna tenet.
Illic deuictas funeſto marte phalanges
Vidimus, hic clypeos fregit & arma polus.
O quantus rutilo præfulſit ab æthere ſplendor,
Turbauit ſubitus corda ſupina pauor.
Quid ſibi claſſis habet radiantibus inſita gēmis?
Auricomos montes ſomnia falſa uident.
Hos Deus impugna, ſternaces quiue caballos,
Quiue pecus celeri perdomuere fuga.
Scilicet horribiles dum tollis in ardua uultus,
Quis labor illæſam ducit ab enſe manum?
Improba fatales crepitarunt chaſmata cœli,
Vertice turbato ſaſſa quieuit humus.

*Laus Sion ſāctæ, id eſt, eccleſiæ.*
*Victoria de hoſtibus.*
*Potentia dei cōtra impios*
*Terribilis deus in iuditio.*

Saſſa



Saſſa quieuit humus, cū ſurgeret ille Brabeuta
Aedificans ſanctum quod cecidiſſet opus.
Hinc ſuper aerium tollentur pectora montem,
Et dabit in feſtos mens ſua uota dies.
O uos altithrono qui fertis dragmata Regi,
Sacra parate uiri, ſoluite uota Deo.
Ille poteſtates, faſtus, diademata tollit
Regibus, atq; potens ſceptra ſuperba premit.

*Grati animi exercitatio ad latriam deo perſoluendam.*

## ARGVMEN. PSAL. LXXVI.

*Vox eccleſiæ in perſona Adæ conquerentis propter dilationem aduentus Chriſti, tandem conſolatur per aduentū ipſius exploratum ex ſpiritu prophetico, metaphora ſumpta a liberatione populi iſraelitici de captiuitate Babylonica.*

## Voce mea ad dominum.

VOx mea fatales portauit ad aſtra querelas
Captarūtq; graues aſtra benigna modos.
Dum mea uexarent ultrices pectora curæ,
Nocte dieq; poli fluxit ab arce ſalus.
Mens mea ſolari renuit, complexa Tonantem
Vſq; canit dulces blanda Cicada ſonos.
Flammea peruigiles turbarunt lumina ſenſus,
Improbus exarſit iura profunda pudor.
Dum ſubit annales tantorum charta laborum,
Intempeſtiuus corripit oſſa timor.

*Alluſio ad illud canticum Simeonis.*
*Rationes anxietatum.*

 Solueret

Solueret ancipitis forſan quis funera caſus?
Iſta laboratæ pondera mentis erant.
Nunquid inæternum me uindicis ira ſequetur?
Aut non incipiet gratior eſſe ſalus?
En ſibi percharos tentat diſperdere uultus,
Aut penitus clarum traxit imago iubar?
Vel pietatis opes in condita fragmina texit,
Aut tua pellaces ſuſtinet ira dolos?

Cõſolatio dolentis animi.

Et dixi, ſapiens poſtquàm diſcrimina ſciui,
Quòd fuerat forti res uariata manu.
Hæc mihi ſuccurrunt quantum probitatis haberet
Alta manus, primo qualis in orbe fuit.
Amplius extollent animos ſacra geſta uiriles,
Lætus & inuentum præmeditabor opus.
Non tua per ſanctos tendunt ueſtigia greſſus?
Omnipotens poſt te non manet orbe Deus.

Traductio populi Iſraelitici per Rubrũ mare figura libertatis humanæ per Chriſtũ.

Nota tua eſt uirtus populo per ſcabra fluenti,
Tu uires Iacob, robur Ioſeph agis.
Te uidere maris ſonitus, tibi gurges aquarum
Indulſit, tetram clauſit Abyſſus humum.
Inſonuit pelagus, crepitarunt carmina nubes,
Quàm fœlix rapidũ murmur in æthra uolat.
Silicet aligeri portant tua fulmina currus,
Emittuntq; leues ſpiala torta manus.
Vidimus æthereis deſcendere montibus ignes,
Exhinc terribilis compulit ora pauor.
Te mare ſic nouit, per aquas tua ſemita longum
Scripſit iter, nec aquis obruta planta fuit.

Sicut



Sicut oues humilem ſub principe Moſe popellum
Traxiſti ſoluens dura capiſtra iugo.

## ARGVMEN. PSAL. LXXII.

*Exhortatio Chriſti ad genus humanum, in qua commemorantur omnia myſteria, & geſta ueteris legis, ut illorum exemplo efficiamur auditores beneuoli, ac ſeruientes, & obedientes Deo per actus fidei.*

## Attendite popule meus legem.

Verba Chriſti legiſlatoris.

PLæbs ſacroſanctas mea gens attendite leges,
Tradite purgatos ad mea uerba ſinus.
Diſcutient nitidos famoſa poëmata uerſus,
Illuſtris ſophiæ grammata priſca loquar.

Propheta in perſona Chriſti.

Ordiar è primis Annalibus alta profari,
Quæ ſcimus loquimur, geſta tulere patres.
Alma ſerenatos nuſquam latuere prophetas,
Ingenuos mores dogmata ſacra decent.
Perſonat illuſtres tenuis Sambuca triumphos,
Barbita rauca ferunt, quod Deus egit opus.

Hiſtoria contractæ libertatis ſub moyſe ductore populi Iſraelitici.

Protulit in teſtes Iacob uidiſſe tabellas
Legis, & Iſrael ſuſtinuiſſe iubar.
Eloquar ad noſtros quæ ſint edicta parentes
Miſſa, per egregias ſigna notanda tribus.
Naſcentur dociles ſacro ſub dogmate nati,
Fœtibus atq; ſuis prodita ſigna ferent.

Qui

Qui domino figant ſua corda, nec hæreat usq;
Mens iungi ſuperis, ſanctaq; uerba ſequi.
Ne fiant ueluti maiores, corde ſuperbi,
Ac genus ingratum, ſtirps mala, torua tribus.
Stirps mala torua tribus deſpecto numine cœlis
Inuehitur, diſcors iactat in alta iugum.
Ingratitudo populi uide biſi. 2 Reg. 4. Effremi iuuenes infauſto marte fugati
Millibus accincti nil potuere ſuis.
Quid iuuat inuictis cœleſtibus arma ſubiſſe?
Supprimit omnipotens corda ſuperba Deus.
Officij immemores damnat ſuprema poteſtas,
Ac trahit ingrato tradita dona gregi.
Nouit ab integro tellus Aegyptia cœlum,
Hic teſtes operum regia Thānis habet.
Rubrū mare Interrupta maris reflui cedebat origo,
Cum faceret rigidos unda repulſa ſinus.
Colūna nubis & ignis. Luce poli fulgor per condita luſtra uiarum
Dux erat, & lampas nocte ſerena comes.
Conſcidit & petram quam ſicca tenebat eremus,
Multus & incuſſo fluxit ab axe latex.
Petra. Petra refluxit aquis, tanq̃ penetraſſet Abyſſos,
Aut uelut illuſtres aura tuliſſet aquas.
Impietas humana. Appoſuere Deo uel adhuc peccare nephandi
Tum nimis horrendum perculit aſtra ſcelus.
Sic fera plæbs uoluit magnum tentare Tonantē,
In mentis uotum mollis ut eſca foret.
Detrahere q̃ iniquū ſit. Hæc male de ſummo ſunt uerba relata Tonāte,
An paret hic lætas ebria menſa dapes?
Saxum



Saxū diſcuſſit, fluxerūt flumina, lymphæ
(Quales informis fundit Abyſſus) erant.
Nunquid odoriferos poterit concedere panes?
Aut dare ſolennes ruſtica menſa cibos?
Audijt Altitonans, ſubitum nec diſtulit ignem,
Cædibus atroces occubuere uiri. Num. xi. ca.
Fulmen in Iſraël raptim deſcendit, & iras
Viuaces Iacob mens ſcelerata tulit.
Tum pluit almifluos laxatis nubibus imbres,
Hinc domus aëriæ molis aperta fuit.
Manna ſaporiferū (populus quod manderet ille) Manna de cœlo.
Pacifer ætherea miſit ab arce Tonans.
Has captauit homo quas egerit Angelus eſcas,
Tum ſaturo Ambroſias legit in ore dapes.
Tranſtulit auſtrales ac duxit in aëra uentos,
Quos ſacer occiduo flauit ab orbe polus.
Compluit ijs carnes confoſſilis inſtar arenæ, Carnes pluit
Pennatæ uolucres in pia caſtra ruunt.
Hisq; perempta fames epulis laudauit amici
Delitias paſtus, labra petita probant.
Quid moror? īpletos dapibus rapit ira feroces,
Lancinat & pingues dia ſagitta uiros.
Proh ſcelus alta pigrum ſiluit miracula uulgus,
Suppoſitumq; ſubit turba ſceleſta nephas.
Idcirco uanos triuerunt ſæcula menſes,
Conſumpſitq; graues mors inopina uiros.
Quū Deus armatis manibus ſæuiret in agmen,
Protinus immerſum ſub prece numen erat.
Tunc

Tunc meminiſſe iuuat, ꝙ magnus ĩ omnia prĩceps
Quòd foret adiutor, fortis Athleta Deus.
Pectore mendaci dominũ tenus ore precantes
Subdolus exhauſto corde fefellit amor.
Haud erat internæ ſyncæra profeßio mentis,
Nec fuit ex animi fonte dicata fides.
En miſeris parcens Deus ipſe nec impia uindex
Torquet, at infauſtum non rapit ira ſcelus.
Cræbruit hinc pietas quò flagrãs cæderet ultor,
Ne roſeum raperet bilis amara caput.
Tum meminit ꝙ homo uiuacis roboris expers
Suſtineat, quod iners tollere neſcit humus.
Infœlix quoties populus ſacra numina uouit?
Infœlix quoties aſtra citauit humus?
Pœnituit quondam geſtus patraßc nephandos,
Haud mora, cœleſti uertitur axe Tonans.
Segniter immemores tribulantis onuſta tuliſſe
Flagra, triumphali ſceptra leuaſſe manu.
Sicut in Aegypto fixit ſua ſigna uerendis
Auſpicijs reboans cunctipotentis apex.
In ſyncæra nigrum fluxerunt ſtagna cruorem,
Ne biberent imbres, compluit atra polus.
Cynomias miſit quæ linguis puncta necarent,
Perdidit incuſſas garrula rana domos.
Fœcundas ſegetes ſcabra rubigine ſtrauit,
Improbus ijsq; fuit torua locuſta labor.
Pampineas dura comſumpſit grandine uites,
Vinoſasq; tulit cana pruina moros.

Pœnitẽtia impiorum. Hypocriſis in diuino cultu.

Patiẽtia ac miſericordia Dei.

Excæcati nul lis iuuantur miraculis.

Miracula dei in Aegypto quas plagas appellant.

Ballaces



Ballaces in equos grando lapidoſa quieuit
Lætaq; ſubtraxit peſtifer arua rogus.
Vidimus infeſtos cacodæmonas ire per omnes
Terrarum ſaltus, uimq; tonare malis.
Ira uias tales captauit, ut impia torui
Euentus rabies ſolueret omne pecus.
Orba fuit primi tellus Aegyptia fœtus,
Primitias torto parca pudore tulit.
Abſtulit hinc populum dominus uelut actor acutus
Inuia coniunctas per loca tractat oues.
Spe duce ſic bello gentem conſtituit ouanti,
Merſit & iratos æquoris urna duces.
Mons ſacer eductis donatur patribus, ille
Almifluam princeps conciliauit humum.
Barbaricas gentes à ſacra plebe fugauit,
Firmauitq; graui proſperitate ſolum.
Hic tribus Iſrael, ſua & hic tentoria fixit,
Cæſa manus ſtabiles ſtruxerat ante domos.
Sed ruit ingrato fera mens (nigret aura) pudore,
Iuratum ſuperis fœdus inane facit.
Aurea diuinæ lacerantur fœdera pacis,
Degeneres ſequitur uita prophana deos.
Ad primos redijt ſcelerata proteruia nexus,
His faber infamis ſculptile flauit opus.
Audijt altitonans, auſus quoq; ſpreuit atroces,
Corruit in uaſtum turba nephanda chaos.
Perdidit alta Sylo domini ſacraria, numen
Amplius Effraym noluit arce coli.

Populus in deſerto.

Beneficia populo collata.

Ingratitudinis labes reſunditur per idololatriã.

Punitur gentis perſidia.

Gens

Gens inimica potẽs robur conſtrinxit, & arcũ,
Exudit in diras forma uenuſta manus.
Reſpuit & populum uis cœlica morte cadentem,
Perditur exhæres gens, ſine turba duce.
1, Regũ, 4. Dilectos iuuenes uiolentus diſsipat ignis,
Diſticha uirgineas non gemuere faces.
Occubuere uiri, nec fleuit amara prophetas
Fœmina, nec uiduus planxit acerba dolor.

*Similitudines a rebus indignis.*

Expergefactus ueluti dormiſſet in aurem,
Stellifer à ſomno ſuſtulit oſſa Deus.
Mors ruit in gentes, ac conſcidit ira tyrannos,
Poſticas ſecuit Taurea dura nates.

*Trãslatio ſacerdotij, & Regni ab Effraym in tribũ Iuda, Ex quo intelligas populũ iudaicum repulſũ, & nouũ populum ſcilicet chriſtianũ à Deo fuiſſe electũ.*

A ſacroſanctis Mapalibus agmen Ioſeph
Tollitur, Effraym reſpuit ara tribum.
Turba ſed electo placuit de ſemine Iuda,
Sic Deus in Sion prodidit arce coli.
Gens ſtabiles ſacris poſuit ſub montibus aras,
Non ſinet auratam lex uiolare domum.
Extulit ardentem Deus hic Dauida miniſtrum,
Vnctio lanigeros eſtq; ſecuta greges.
Paſceret ille domus Iacob Rex pulcher ouile,
Ac manus Iſrael ſub duce tuta foret.
Pauit & ille gregem, prudensq; modeſtia uulgus
Duxit in eximium dexteritatis iter.

ARGVM. PSAL. LXXVIII.

Querimon



*Querimonia plangentis eccleſiæ ſub typo ueteris Hieruſalem (quæ per Chaldæos, Antiochum, & cæteros tyrannos ſæpiſſime fuerit euerſa) Cõtrà iudæos infideles, hæreticos, tyrannos, Antichriſtum & alios id genus ſchiſmaticos, à quibus ut Deo liberius inſeruiat liberari comprecatur.*

## Deus venerunt gentes.

AEdibus in ſacris ſontes ſedere tyranni,
Mœret Hieruſalem perdita iura domus. *Hæreditas dei corã Deo cõqueritur.*
En cecidere pij truculento funere uates,
Carniuori lacerant membra reſecta canes.
Fatali non eſt qui contegat oſſa ſepulchro, *Exaggeratio malorũ quo Deus ad iras moueatur.*
Impia conſperſus diluit arua cruor.
Publica uicinæ ludunt opprobria gentes,
Mordax de nobis fabula carmen habet.
Vſq; grauis laceros compleuerit ira furores? *Deprecatio cõtra inimicos eccleſiæ.*
Conteret igniuomus ſæcula mœſta labor?
Verte pios uultus, aliò fera ſpicula iactes,
Barbara dum supereſt gens, ferienda uenit.
Spinoſis plebem triuerunt dentibus hoſtes,
Mortuus eſt Iacob, quæ ſtat in orbe fides?
Nũc miſeris fer opẽ, neu priſcos cerne pudores, *Liberari petit peccator ſuã impietatẽ cognoſcẽs.*
Non humilem damnes pro ratione manum.
Auxiliare Tonans, noſtros abſolue reatus,
Qui ueniæ titulos rex pietatis habes.
Da (ne forte malo reprobentur fata pudore)
Quem recolũt uideant lumina noſtra Deũ.

Reſpice

Reſpice confoſſos ferali marte clientes,
Inſontes animas ultio cruda leuet.
Vtq; potes noſtros apices onerare corollis,
Redde triumphanti munera grata uice.
Geſta nephandorum ſeptuplex ultio damnet,
Et cadat in nigros fabula uerſa ſinus.
Nos tua gens, tua rex qui dulcis gramina terræ
Paſcimus, in rutilum fundimus iſta decus.
Et genus, & magnum per ſæcla perennia nomē
Cantabunt uiridi regia ſiſtra melo.

## ARGVMEN. PSAL. LXXIX

*Oratio generis humani ad Chriſtum ut populum ſuum liberet, per primum ſui aduentum, & per ſecundum a perſecutionibus tyrannorum, inimicorum, hæreticorum, & Antichriſti ſanctam eripiat eccleſiam:*

# Qui regis Iſrael.

*Prouidentiæ Dei imploratio.*

QVi regis Iſrael, ut ouē qui ducis Ioſeph,
Paſcis et humanū fœta ꝑ arua gregē.
Qui ſtas in Cherubin, uideāt te quæſo Manaſſes
Beniamyn, Effraim ſub deitate uirum.
Strenua diſcutias uiuacis robora dextræ,
Imbellem ſerues proſperitate manum.
Noſtra ſerenatos Rex indue pectora mores,
Vt ſtabili ſedeat fixa carina ſolo.

Vſq;



*Exclamatio in tentatione.*

Vſq; preces noſtras uertis? conflicta quouſq;
Noſtra pererrato tempore corda tenes?
Conficient lachrymæ duros in ſæcula panes,
Triſtibus his lachrymis dēt (Deus) aſtra modis.
Horrida uicinæ mouerunt prœlia gentes,
Nos quoq; terrificus ſtrauit ad ima pudor.
Diruta confractæ uirtutis mœnia ſerues,
Collige diſperſum, dexteritatis opus.

*Vinea dei: populū fidelē deſignat ab Aegypiaca redemptum captiuitate.*

Vitis ab Aegypto quondam traducta feraces
Extendens ramos germen in orbe tulit.
Protulit & dulces uiridi propagine fructus,
Huius item præſens arboris auctor eras.
Obdidit aërios ſterilis ueprecula montes,
Vidit & enodes labilis umbra Cedros.
Palmes item cuius pontum diſtenditur uſq;,
Ac data propages fluminis æquor habet.

*Vaſtatio eccleſiæ ꝑ infideles, & impios.*

Spinoſas fragrans amiſit uinea ſepes,
Vt quid eam fures uindemiare ſinis?
Quid uaga fœcundos rapiunt animalia fructus?
Vuas ſyluanus dilacerauit aper.

*Inuocatio diuinæ manus contra eccleſiæ deuaſtatores.*

O Rex omnipotens cui ſumma potentia mundi,
Fertilis amiſſas reſpice uitis opes.
Perfice quod fœlix plantauit dextera robur,
Inſtaures quod atrox perdidit ira decus.
Vt fugiant toruis accende furoribus hoſtes,
Præcipites rapiant corda ſceleſta rogos.
Contemplare uirum, quem cœlica dextera finxit,
Quem tibi præcharus fœdere uinxit amor.

*Perſeuerãtia adſlictorum.*

O Deus Altitonans nuſquam diſcedimus abs te,
Qui celebret laudes uiuidus inſtet apex.
Illuſtris bonitas uultus oſtende ſerenos,
Vt noſtro fœlix creſcat in ore ſalus.

## ARGVMEN. PSAL. LXXX.

*Exhortatur prophetes ſynagogã, ad celebritatem quatuor præcipuarum feſtiuitatum ſecundum ritum ueteris legis, uocando Chriſtum in carnẽ. Demũ introducit Chriſtũ uocantẽ populum Iudaicum, ut audiat eius legẽ euãgelicã, ipſum recipiendo, conſimileſq; feſtiuitates celebrando.*

## Exultate Deo adiutori noſtro.

EXultate chori, celebres memorate triũphos,
Nunc date uictori iubila feſta Deo.
Pangite barbati reſonantia pſalmata uates,
Sumite uocalis ſiſtra iocoſa liræ.

*Feſta tubarũ & tabernaculorum: Vt notatur Leuit. 32. & Num. 28*

Rauca Neomenias tractet bucina Choraules,
Diſticha ſolemni ſunt memoranda uiæ.
Commendat ſolymas illuſtris ſanctio gentes,
Sublimi ueniunt iura ſeuera polo.

*Memorat in perſona dei pſaltes beneficia quondam iudæis collata, ut grauior eis imputetur offenſa.*

Teſtis Ioſeph erat Memphis, cum linqueret agros
Pulcher inauditum rex ydioma tulit.
Languida confracto ſpirarunt membra dolore,
Liquerunt cophinos libera dorſa graues.
Dũ te ſors quateret, dũ murmura læua tonarẽt,
Cognita mox mihi res, ac tibi præſto fui.





Grex meus auſculta, fies mihi gens mea teſtis,
Numen adoranti non Deus eſto recens.
En ego ſum dominus, Pharaonica nonne ſubegi
Sceptra? petas animi uota, benignus agam.
Non mea gens claras habuit ſub pectore uoces,
At minus Iſraël paruit, unde furor?
Error is eſt, ut ego laxarem per uaga ſenſus,
Viueret iuuentis res phalerata ſuis.

*Ingratis ſubtrahitur gratia, quod ad omnia ſcelera proniores fuere.*

Quin age ſi populus noſtrum tenuiſſet amorem,
Pro nihilo certè fax inimica foret.
Forſitan horribiles grauiori peſte tyrannos
Strauiſſem, robur nec cecidiſſet iners.
Mendaces domino mendacia uerba locuti,
Longa per infauſtum ſæcula tempus habent.
Candens farris adeps illos in tempore pauit,
Pinguis & ingratos exaturauit apes.
Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,
Qui rem principij, fataq; finis habet.

## ARGVMEN. PSAL. LXXXI.

*Explicatur hic adceſſus Chriſti ad Iudæos inter quos conuerſatus, eos reprehendit de Iudicio & iuſtitia: Quibus, quia legem Dei, atq; adeo ipſum Deum neſciant, & ſua lege monentem contemnant, iudicium futurum comminatur, ſub forma iudicis, inſuper quoniã iuſtitiæ partes eis tanquã legiſlator cõmiſerat, eo grauius illos puniendos aſtruit.*

# Deus ſtetit in ſynagoga deorũ.

*E Xtulit auripotens Regem ſynagoga Deorũ,*
*Heroas medio iudicat orbe deos.*
*Quid fora captantes ſanctiſsima iura prophanãt?*
*Picta quid infandum uelat imago ſcelus?*
*Iura leuent miſeros, ſit lex reſerata pupillis,*
*Inſontes æqui iuſtificate manus.*
*Soluite res inopum, ſteriles ſolentur egenos,*
*Quæ ſacra ſunt iuris, uæ quibus error ineſt.*
*Neſcijt hoc tenebris ſuppoſita latentibus Auge*
*Mentis, ab incuſſo monte ſilebit humus.*
*En mihi perſimiles uos nobilis æthera diuos*
*Prætulit, & celſos fecit in orbe duces.*
*Vos tamen impoſita mortis ratione cadetis,*
*Qualis ſors homines pro leuitate rapit.*
*Surge Tonans, exurge, poteſt, qui iudicat orbem,*
*Qui fora ſyncæræ relligionis habet.*

*Vox diſcernẽtis.*

*Iuſtitiæ partes.*

*Cæcitas Iudæorũ in iudicio.*

*Deus in iudicio.*

## ARGVM. PSAL. LXXXII.

*Tractantur hic afflictiones eccleſiæ, quas paſſura ſit uſq; in finem mundi ſub figura bellorum antiquorum olim habitorum contra populum domini per gentes barbaras, ac infideles nationes. Tandem imprecatur eccleſia contra tales ſuos oppreſſores, inimicos, hæreticos, ut per Chriſtum conterantur.*

Deus



# Deus quis ſimilis erit tibi.

*Q Vis ſimiles quis tantus habet per regna triumphos,*
*Vt deus? haud taceas clara trophæa Tonans.*
*Ecce ſagittiferæ crepitarunt timpana gentis,*
*Ecce nigrum mordax extulit hydra caput.*
*In tua iura ferox uates habuere nephandi*
*Conſilium, iuſtos prodere ſaxa putant.*
*Dixerunt, perdamus eos de gente, nec ultra*
*Sanctus ab Iſrael rumor in orbe ſonet.*
*Talis Idumæos ſenſus turbauit, & ingens*
*Iſmahelitas mouit ad arma furor.*
*Qui coluere Tyron Agareni, Gebal, & Amon,*
*Armipotens Amalech, uenit ad iſta Moab.*
*Infœlix populus poſt illos impiger Aſſur,*
*Auxiliatrices Lot dedit ira manus.*
*Fac Deus his tanquã Madian, quod Cyſara uictus*
*Pertulit, aut Iabin quem nece Cyſon habet.*
*Hi uelut immundum telluris ſtercus in Endor,*
*Ac ſine honore truces diſperiere uiri.*
*Pone duces horum ueluti Zeb, Salmana, Sebe,*
*Qui miſer exciderit, ceu madianus Oreb.*
*Qui priſcas fidei leges impellere tentant,*
*Nitunturq́; ſacras obterebrare domos.*
*Pulueris inſtar eant quem iactat in aëra uentus,*
*Corda uolubilibus ſint precor æqua rotis.*

*Victoria à deo rogatur.*

*Conſiliũ aduerſariorum ueritatis, & regni Chriſti Dei.*

*Populi infideles.*

*Implorat diuinã uindictã contra perſecutores eccleſiæ. Vide hiſtoriam iud. cũ 4. 5. et 7. capite.*

 Sicut

Sicut in accenſa ſyluarum mole perurens
   Flamma furit, torrẽs quãdo liqueſcit humus.
Dum tempeſtates iactabis, ab æthre coruſcum
   Fulgur, ad infandos perſonet ira greges.
Obtegat infames mollis confuſio uultus,
   Sentiat atra cohors quàm graue fulmẽ habes.
Tum pudor æternus gelidæ turbatio mentis,
   Ac neas armiſonæ diſsipet oſſa labor.
Cognoſcãt quòd habes per olympica numina ſolus
   Nomen, & immenſus Rex dyadema geris.

## ARGVM. PSAL. LXXXIII.

Laudes eccleſiæ ſub figura cœleſtis ac nouæ Hieruſalem, in quam felicitas animæ fidelis aſpirare contendit in hac uita, & ad quam peruenire optat per legem euangelicam, & aduentum Regis Chriſti Meſsiæ, unde Pſaltes a ſanctificatione dei exordiens, ait.

## Quàm dilecta tabernacula tua.

Sanctificatio nominis dei in eccleſia ſanctorum:

QVàm perpulchra nouæ ſtellata palatia ſedis?
   Quantus ab excelſo culmine pendet honor?
Ancipites animos cœli faſtigia reddunt,
   Dextraq; tam mirum quæ ſacra finxit opus.
Quum leuis æthereos oculus gratur in axes,
   Effluit ad uiuum fax radioſa iubar.

Contẽplatio diuinæ prouidentiæ erga nos.

Inuenit



Inuenit alta loquax pro tectis atria paſſer,
   Turtur ubi pullos condat amœnus habet.
Rex meus albentes cliuoſis montibus aras,
   Ponis, ubi pulſo grata labore ſalus.
En tua fœlices habitant pallatia turmæ,
   Donat & hic feſtos dulcis auena dies.
Cum ſors à lachrymis oriatur uallibus error,
   Proſpera ſucœdant, cui dabis ipſe manum?
Hic legiſlator rebus benedicet amatis,
   Illic diuorum ſuſpicietur apex.
O Rex uirtutum, Deus, æqua potentia cœli,
   Accipe quas humili profero mente preces.
Cerne ſalutaris populum ſub tetra fluentem,
   In Chriſti faciem lumina grata feras.
Præualet haud dubio cœli tenuiſſe ſupremas
   (Exiguas lateres quàm coluiſse) domos.
Abiectus uolui iacuiſſe Tonantis in æde
   Ore magis ſacras quàm temeraſſe manus,
Applaudit clemens cordatæ gratia menti,
   Hinc grauis armatum gloria anget opus.
Aurea tam ſancto mens nuſquam iure uacabit,
   Fœlix qui diuæ ſpem rationis habet.

Deſiderium pro fletus ſolatio.

Humilitas in mundo expetenda.

## ARGVM. PSAL. LXXXIIII.

Oratio Dauidis in ſpiritu prophetico aduentum Chriſti præuidentis, in qua obnixe precatur eundem Chriſtum in carnem uenire, ut per ipſum genus humanum redimatur.

# Benedixiſti domine terram.

AVertens Iacob captiua uolumina plæbis,
Comiter ore ſuam Rex benedixit humum.
Horrida crudelis populi peccata remiſit
Chara Dei bonitas, dexteritatis apex.
Pacifer ardentes abs ſe polus abſtulit iras,
Pacatamq; iuuat conſuluiſſe domum.
Verte truces animos, dulces pater indue uultus,
Non grauis accendat pectora mœſta pudor.
Nunquid in æternos iactabis tela furores?
Aut ferus iratas protrahet ordo manus?
Languida ſi uerſo aures præcordia uultu,
Vltra ſortis opus res genialis erit.
Inclyta quæ ueniæ fuerit præſtantia monſtres,
Pande ſalutaris pignora chara tui.
In me quid dominus prorũpat, in aure morabor,
Aureus in plebem cantica pacis habet.
Nam Deus alloquitur quos clara modeſtia ſanctos
Efficit, & rectos corde ſerenat amor.
Dextera quippe ſalus ſequitur diuina timentes,
Vt noſtram celebris gloria captet humum.
Hinc ueri probitas, hinc pax, hinc iuris imago,
Hinc orbi pietas oſcula grata refert.
Prodijt è terra ueri cœleſtis origo,
Iuſtitiam ſupero miſit ab axe Deus.

*Prouidentia Dei de genere humano redimendo.*

*Quaſi dicat, non eſt credẽdũ propter bonitatẽ, & miſericordiam.*

*Mitte quem miſſurus es.*

*Quibus Dei gratia inſit.*

*Chriſti comites, miſericordia, ueritas, iuſtitia, & pax.*

Hinc



Hinc præſens nitidum de cœlo Rex pluet imbrẽ,
Hinc ſuaues fructus terra fecunda feret.
Illius ante faces probitas ueſtigia ponet,
Ac reget infirmos ſemita recta pedes.

## ARGVMEN. PSAL. LXXXV.

*Oratio Chriſti ad Deum patrem ſup anguſtijs, torturis, et adflictionibus quas idem Chriſtus paſſus eſt ſub perfidis Iudæis, a quibus tandem petit liberari, & a morte in uitã reſurgere, inde pollicetur ſe gratias habiturum in perſona corporis myſtici ex Iudæis & gentibus congregati relictis Dijs uanis.*

# Inclina domine aurem tuam.

SVmme Deus gratas inclina uocibus aures,
Pauper inops ego ſum, fer mihi charus opẽ.
Hanc animã ſerues, in ſanctos nonne prophetas
Vngor? & inſontem me ſuper aſtra regis?
Mœſta dies laceros iactauit in æthera planctus,
Nocte ſub hac hilares da penetrare domos.
Diceris arx ueniæ, Rex fortis, ad omnia ſummus,
Scilicet exaudis, qui tua ſigna tenent.
Auribus id captes, ratio quod ſplendida fundit,
Excipe lugubres cum pietate modos.
Dum fera permœſtum uexaret Agonia pectus,
Ad te clamaui, tus nec inane fuit.
Magna penetrales ſuperant tua numina diuos,
Egregiumq; capis Rex ſuper aſtra decus.

*Oratio ex fiducia.*

At tua

Adnunciatio eccleſiæ in omnes gẽtes.

Ad tua ſuppliciæ uenient ſpectacula gentes,
Condo diuinum clarificabit opus.
Maximus à liquido tractas miracula fonte,
Aurea qui uitæ ſtemmata ſolus habes.

Oratio perſeuerantis animi.

Da figam rectos in regna perennia greſſus,
Inuoluatq; probus pectora læta rubor.
Tunc licet æternos pro luce fatebor honores,
Atq; tuum Pſaltes magnificabo decus.
Summa quidem noſtris aderit clementia rebus,
Ne lacerent animam, tartara cæca uetas.

Victoria quæ mũdũ, uincit fides noſtra.

Surrexere truces, nec me ſynagoga fefellit,
Gentibus infandis nil age numen eras.
At Deus omnipotens ſuccurrere digna precanti
Incipias, uiui culmen amoris habe.
Imperium geſtans ancillæ pignora ſpectes,
Atq; pio generi fer pietatis opem.
Da mihi ſigna boni, uideant cæcata furentum
Lumina, quàm rectis dexter ineſſe ſtudes?

## ARGVM. PSAL. LXXXVI.

Apoſtrophat Pſaltes narrando laudes ac dignitatem eccleſiæ ſub typo ueteris Hieruſalem, quæ eſt omniũ fidelium mater, cunctarum gentium unione cõgregata, explicando futurum diuinæ laudis cultum, per ipſius eccleſiæ fideles aſſeſſores Ieſu Chriſto exhibẽdum

Fundam



# Fundamenta eius in montibus.

Situs Hieruſalem, ac ſion nouæ:

Fundamenta ſacris Sion pro montibus extant,
Illa colunt Iacob fulcra ſuperba domus.

Hieruſalẽ ciuitas prophetarum.

Illuſtres de te faciunt ſpectacla triumphos,
Tam fœlix de te carmina nomen habent.
Commemorabo Rahab ſolertia geſta prophanæ,
Immemor Aſſyriæ nec Babylonis ero.

Verba dei regis Ciuitatis nouæ Siõ quã ex multis populis & gentibus urbẽ ſuam.i. Eccleſiã adauxit:

Ad te longinquis ueniunt à finibus urbes,
Illic Aethiopes nonne fuere uiri?
Nunquid Sion homo dicet ſum natus in urbe?
Fundauitq; ſacram ſtirps generoſa domum?
Aurea multorum narrabit pagina, quanti
Præfuerint, ſanctos qui coluere lares.

Summa fœlicitas, ſumma lætitia in domo Dei.

Nulli læta domus nulli ſua gaudia currunt,
Ni tuus adſcripto iure feratur apex.

## ARGVM. PSAL. LXXXVII.

Hic deflet propheta ſub pſona Chriſti omnes tribulatiões, anguſtias, & afflictiones, quas ipſe Chriſtus ſub iudæis uſq; ad mortem paſſus ſit: unde hic tanquam penitus derelictus, nulla recepta cõſolatione, Deo patri conqueritur, in hæc uerba prorumpens.

Domina

# Domine Deus ſalutis meæ.

O Deus excelſæ fœlix auriga ſalutis,
Nocte dieq; tuum numen adeſſe rogo.
Virtus puræ orationis.
Pande uiam mœſtis precibus, conſcendat in altum
Oris des ratio, dum pia uerba profor.
En mea mens agitur ſæuo lacerata pudore,
Stant prope tartareum corpora feſſa chaos.
Comparatio humanæ uilitatis & infirmitatis.
Aßimilor tetri ſubeunt qui ſulphuris amnes,
Aut equiti cæco qui tenet arma pede.
Triſtibus exanimes nō qui ſua membra ſepulchris
Condiderint celebres trux facit urna uiros.
In tenebris iaceo, proſtratum mortis ad umbras
Subter limoſo me poſuere lacu.
Atrocitas Iudæorum.
Quotquot idumæo numerantur in orbe labores,
Perfero, compreſſum uis mea robur habet.
De Iuda proditore intelligas.
Qui mihi notus erat longè diſceßit, & effrons,
Infandum turpi uoce poëma refert.
Verbera ſuſtinui, nec ſum fera uerba locutus,
Quin mea dilacerat pectora fletus iners.
Ad te ſuſpirans iugis ferit æthera clamor,
Expenſæq; rogant ſydera dextra manus.
Quaſi dicat, neque mors, neq; infernus laudabunt dominum.
Mortuus an referat tua Rex miracula cenſor?
Aut medica ſurget uiuidus arte labor?
Nunquid ineſt rudibus mitis clementia buſtis?
Num mendax uerum fabula nomen agit?

Nunquid



Nunquid apud tenebras ſplendens noſcetur imago
Solis? & auricomum lumen auerna dabunt?
Spes futuræ lib rationis ablata quia ſit abſq; conſolatore.
En ego ſuſpexi uigilanti lumine cœlum,
Vnde bonæ rutilo mane darentur opes.
Vt quid ſumme Deus ſanctißima uota repellis?
A me quid uultus abſtrahit ira tuos?
Pauper amore uaco, duros ſed fata dolores,
Crudelemq; thorum frigida ſtrauit humus.
Vltrices in me poſuere cubilia Diræ,
Triſtia luctificus pectora terror agit.
En me circumeunt rapidi uelut æquora fluxus,
Me furor infeſtat, me labor angit iners.
A me retro pius (iußiſti) ceßit amator,
Proximus & blandæ me fugit author opis.

## ARGVM. PSAL. LXXXVIII.

Panegyrica Dauidis exultatio ſuper miſericordia Dei, & de Chriſto ueritate promiſſa hic adnotatur atq; adeo per Chriſtum Euangelica gratia, urgetur uero Deus fide promißionum ſuarum, ſiue ueritatis ſuæ complere quod promiſerit, ſcilicet Chriſto ſuo regni æternitatem condonare: uerum & conſtans in promißiones Dei fides quantos inſultus ſuſtineat finis pſalmi declarat quam pulcherrime. Quare ſe abiectam conqueritur eccleſia his nouiſſimis temporibus.

Miſer

## Miſericordias domini.

Miſericordia et ueritas dei

Diuinas laudes memori dabo carmine, duxit,
Nam Deus æternum dexteritatis opus.
Quid prima ueri teneant ab origine uates,
Sollicitus Pſaltes ultima ad ora feram.

Promiſſio dei de regni Chriſti æternitate

Dixiſti uerbum, fœlix ſuper alta micaret
Aſtra domus, ſupera ſtaret in arce locus.
Submolles poſui nitidum ſuper æthera menſas,
Dauid inæternum proſpera fiet humus.
Hinc ego perpetuas firmabo per aurea ſedes
Tempora, nec metas ſæcula longa ferent.
Narrabunt teretes tua geſta potentia cœli,
Fœderis arcanum grex uenerandus habet.

Admiratio diuinæ boni/tatis ac potẽ/tiæ incompre/henſibilis.

Quis talem fuluis conſtruxit nubibus arcum?
Atq; Deo ſimiles fixit in orbe uias?
Laudant ſacrati diuina ſtatumina cœtus,
Diuq; mirificus ſceptra uenuſtat apex.
O Rex uirtutum cui nulla potentia robur
Addidit, omne quod eſt dextera finxit opus:
In maris anfractus, fontes dominaris aquarum,
Feruentes ſaſſo pertrahis amne lacus.
Eſt tibi cœlorum uertex, humus, agger, & orbis;
Ac tuus eſt aquilo, dextra creauit aquas.

Miracula dei ſtupẽda inhis montibus, ex quibus deſig/nantur legis euangelicæ precones:

Lætitiæ uoces Thabor, & fortiſſimus Hermon,
Monſtrarunt fœlix quod tibi numen habes.
Vis tua firmetur, celerem tua dextera curſum
Raptet, iudicium regius axis agat.

Præced



Præcedat nitidos ueri clementia uultus,
Quàm ſacer eſt populus, cui chelis aura ſonat.
Ardentis ſtabilem uultus ſub imagine greſſum
Tentabunt, hilares ducet auena choros.
Vnde ſibi tales ſors laudis amica triumphos
Ingerat, has ex te uendicat orbis opes.
Hæc uenit à grauibus fœlix clementia caſtris,
Qui regit Iſraël, pro duce certat amor.

Exaltatio regni Chriſti.

Imbuit ore ſacros ſyncæra prophetia uates,
Extulit electum uox prætioſa ducem.
Repperit inclyta mens rectum Dauida clientem,
Hunc oleo duxit tingere dextra uirum.
Sublimis ſedes ſolij firmabo ſupremas,
Semper & in uires auxiliabor opem.

Dignitas & potẽtia Chriſto condona/tæ.

Nil manus arte ferox, nil grex inimicus in illum
Sæuiet, atroces conteret enſe minas.
Vnius pugnax à fronte fugabitur hoſtis,
Scindenturq; mali ſorte furente greges.
Illa erit in nobis pietas, ut noſter in ipſum
Fulgeat ardenti ſole quietus amor.
Aequoris in uaſtos quid magna potentia curſus
Iuris habet, rapidis fluminibusq; dabo.
Ipſe patrem (Deus es meus) ipſe aliquãdo uocauit,
Prouida tu noſtræ ſigna ſalutis habes.
Semideos inter Reges ſtatuetur, & ille
Vt primo genitus regia ſceptra feret.
Iuſtitias legum regi ſeruabo perennes,
Fœderis æterni ferrea uincla dabo.

Olli

*Olli progenies, illi fœtura per æuum*
*Creſcet, ad immenſum temporis aſtra decus.*
*Si tamen hinc ſtupidi lacerent mandata nepotes,*
*Corripiet ſpurcum uirga cruenta ſcælus.*
*Huic autem generi tunc condoluiſſe uidebor,* — *Peccãtes etiã corripit Deus miſericordia.*
*Nec promiſſa meo decidet ore fides.*
*Nulla prophanabo quæ ſtrixi fœdera, cum ſint,*
*Omnibus (ut ratio) pacta tenenda modis.*
*Iuraui, ſancto ſi Dauid mentiar uſquam?* — *Apoſiopeſis figura, quaſi dicat, comple bo quod iuraui in ſancto meo.*
*Dauid in æternum (quod uolo) ſemen erit.*
*Illius ecce thronus claro fulgebit olympo,*
*Aurea ceu pleno luna ſub orbe micat.*
*Scilicet infractum ſignabunt ſydera teſtem,* — *Teſtis fidelis.*
*Quòd mihi perpetuum ſub patre fœdus ago.*
*Compoſitum uerò laceratur numen, & unctum*
*Mittere contempto diſtulit æthra gregi.*
*Vltra promiſſum, queritur fera tempora ſeruus,* — *Querimonia fidei cõtra & ex aduerſo dei promiſſi/onum.*
*Quid ſacra uipereo phana ſub hoſte ruũt?*
*Lurida marmoreas deſpexit Acedia turres*
*Impius exegit fulgida caſtra pauor.*
*Diripuere ſacrum uiolato iure tyranni,*
*Hinc probra ꝑ gentes ſors male fauſta tonat.*
*Quid? fera barbaricæ iactarunt prœlia gentes,*
*Immanis lætos cinxit ad arma furor.*
*Exacuis teretes (ne rumpant ſpicula) uectros,*
*Auxilium nullo duxit ab enſe manus.*
*Deſinit infamis luſtrare ſacraria Vates,* — *Chriſtus de/ſpectus.*
*Informiq; iacet res pretioſa luto.*

Decreſc



*Decreſcunt anni, nec ſignant tempora menſes,*
*Perfuditq; rubens pectora mœſta pudor.*
*Semper in accenſos rutilabit ſpiritus ignes?* — *Poſtulatio ſpiritus.*
*Egregiæ paci non dabit ira locum?*
*Quàm mea ſit uirtus fragilis, quàm labilis ætas,*
*Scis Deus, Illa tuo creuit in orbe ſeges.*
*Et quis athleta feros ſuperabit mortis Agones?*
*Aut premet horriſonæ tela triſulca necis?*
*O ubinam priſcæ ſupereſt bonitatis imago?*
*Cum Dauide ſacro fœdere ſcripta fides?*
*Et memor inſpidas quot chari probra clientes*
*Dira ſub hoſte ferunt, illa remiſſus ago.*
*Illa tacens ſilui, iactarunt eminus hoſtes,*
*Præterient Chriſti regia ſceptra tui.*
*Tu rex, dux, princeps fœlix, benedictus in æuũ,*
*Cui laus, imperium, gloria fiat Amen.*
*Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,*
*Qui rem principij fataq; finis habet.*

## ARGVM. PSAL. LXXXIX.

*Oratio Dauidis deplorantis ſtatum humanæ conditionis, longas miſerias propter Adæ noxam ſuſtinentis, in qua petit ut Chriſtus ueniat in carnẽ, quo facie ſua populum præcedat atq; dirigat, ei bonum gratiæ & gloriæ imper/tiendo. Vnde Pſaltes mirabilem Dei prouidentiæ ſapien/tiam in extaſi prophetica ſuſpiciens, ait.*

K Domino

## Domine refugium factus es.

O Deus, ô mea ſpes, turris, defenſor, aſylũ,
A genere in longũ me iuuet aura genus,
Aeternitas Dei. Nondum conſtiterant excelſa cacumina, terræ
Tunc facies aberat, quando perennis eras.
Dixiſti generi (conuertere turba) nephando,
Ne ſcelus id damnes pro grauitate Tonans.
Ante tuos oculos anni, uel tempora mille,
Sunt uelut heſterno quæ fuit hora die.
Peruigil & dubiæ tanquam cuſtodia noctis,
Anni pro nihilo præcipitanter eunt.
Seculum noſtrũ nihil diuturnitatis habet, ſumpta metaphora a flore cito cadente. Mane micat uelut herba uirẽs, quæ ueſpere florẽ
Perdidit, hinc ætas ſub leuitate fluit.
Præcipites animi ſudore trahuntur ad iras,
Cœlicus exacto ceu micat orbe labor.
Proh dolor iniuſtum conſcendit ad æthera crimen,
Noſtraq; terribilis ſæcula ultus habet.
Vita breuis ex Adæ uitio Vita, uanitas, afflictio ſpiritus, & miſeria. Defecere dies, periérunt ſegniter anni,
Corripuitq; miſer membra ſceleſta furor.
Arida ſic tacitos contexit aranea menſes,
Anni uel noſtri ſeptuaginta manent.
Si qua potentatus habeant poſt illa uiriles,
Amplius informes ſunt labor atq; dolor.
Quòd ſuper acceſſit noſtris clementia rebus,
Corripiunt celeres membra ſupina rogi.
Iudicia dei inſcrutabilia. Quis nouit cœli quot digerat arcus erinnes?
Non ſinit infœlix has numerare timor.

Sic



Sic tua nota manus toto reſplendeat orbi, Oratio pro Chriſto liberatore.
Quò Sophiæ ſpecimen noſtra labella canant.
Conde truces animos, uultu placabilis eſto,
Ne ſacræ pereant dexteritatis opes.
Abſtulit æternos mitis clementia fletus,
Vt matutino fulget ab æthre iubar.
Quotquot in attrito quondam gemuere labores
Orbe, tot alma ferax gaudia captat humus.
Ad tibi deuotos pia lumina flecte clientes,
Dirige ſacratum læta per arua gregem.
Vt ſplendor noſtrum radios illuſtret in axem,
Aſpice quod præſtans dextera finxit opus.

### ARGVMEN. PSAL. XC.

*In hoc pſalmo inuitantur & exhortantur quiq; fideles ad petram domum refugij, qui eſt Chriſtus, confugere, ſub cuius tutelam confluentes, a captiuitate diaboli, & ab omni humana miſeria potenter liberantur, in tabernaculo Dei ſecure ac confidenter habitantes: unde fidens deo expertus bonitatem ac ipſius omnipotentiam, ait.*

## Qui habitat in adiutorio.

Cvi baſis ethereæ fuerit ſanctiſsima ſedes,
Sub uelamento dexteritatis erit.
Dicet olympifero (meus es ſuſceptor) agenti,
In quem ſperabo, rector amicus ines.
Abſtractus laqueis uenantum libera geſto
Pectora, detractrix non mihi lingua nocet.

 Corpus

Corpus obumbrabit (ne ſpicula denſa trucident)
Sub leuibus pennis, unde ſuperſtes eris.
Arma Dei christiano mi hi ſuccur runt.
Te bonitas ueri circundabit eius, inermis
Fluxaq; nocturnus non aget ora timor.
Horrida ſaxa die tibi nil iactata nocebunt,
Aut ea quæ dæmon tela nephandus habet.
Hærentes lateri pars fortis, & atra ſiniſtro
A dextriſq; decem millia uicta cadent.
Tu ne ſalebroſa turgentes mente uidebis?
Arbiter illorum præmia rectus habes.
Ponis ad hæc celſum per olympica ſydera numen,
Quòd mea ſis requies, dat mihi ſigna polus,
Effera non uiolet quo ſtas Deus ira tribunal,
Incutiunt talem nulla flagella locum.
Angelorum cuſtodia.
Spiritibus magnis de te mandauit olympus,
Vt tua ſub forti robore membra tegant.
Nam tua pro leuibus portabunt corpora dextris,
Offendant ſacrum ne caua ſaxa pedem.
Scuto uerbi dei omnia mala cædunt.
Quid tibi mordaces facient baſiliſcus & aſpis?
Non leo criſtatus, nec teret oſſa draco.
Libera mens ſoluet, quē ſpes bona fouit amātē,
Cognita qui cœli numina ſanctus habet.
Promiſſio credentibus.
Audio clamantem rigidis clamoribus, adſum,
Diues honoratum clarificabo ducem.
Comiter uſq; uirum magnis replebimus annis,
Aurea cui ſupero nota ſub orbe ſalus.

Argum.



## ARGVMEN. PSAL. XCI.

Deſcribit Pſaltes in perſona Adæ miſericordiam qua exaltauit deus humiles, & iuſtitiam qua diſperſit & damnauit ſuperbos infideles, & cætera id genus arcana myſteriorum dei, quæ ſenſibus humanis ſunt penitus inſcrutabilia, unde malos proſperari ac bonos in hac uita deprimi uidemus abunde.

## Bonum eſt confiteri domino.

Grati animi conſolatio in deum.
VSq; bonum domino laudes cantare Tonāti
Egregios tractent diſticha clara ſales.
Nunciet illuſtri Symphonia mane ſalutē,
In tenebras ueri lampas honora micat.
Conſona diuinus prorumpat in organa pſaltes,
Pro citharis pſalmos ſiſtra ſonora ferant.
Factorem delectat opus, quid (quæſo) ſubinde?
Si fundas hilares dulcis auena modos?
Quàm grauibus iactanda ſonis heroica ſunt hæc
Alta cothurnato ſunt memoranda pede.
Vir inſipiens & animalis nō ſapit quæ dei ſunt.
Inſipiens id neſcit opus, nec ſtulta ſub illos
Aſcenſus animi corda uenire queunt.
Scilicet ut nati fuerint uelut herba tumeſcunt,
Aſſurguntq; truces iam ſuper alta uiri.
Diſpereant in ſæcla mali, cur recta ferantur,
Hæc Deus arcano iura ſub ore taces.

 Gens

Mors pectõ/rũ infœlix.

Gens aduerſa Deo truculenta morte peribunt.
Corruet inſœlix plebs operata ſcelus.
Rhinoceros ueluti ſaliens ſua cornua tollit,
Sic meus in læta fronte leuatur apex.
Infandos ardens hoſtes contempſit ocellus,
Audio quódue loquax mordeat ira ſcelus.

Iuſtorũ exaltatio.

Iuſtus ut egregiè floreſcens palma nitebit,
Vt libanus cedros, multiplicabit opes.
Mollibus inde ferax plantatio creſcet in hortis,
Flexilibus ſurgent ora uenuſta comis.
Ditabuntur adhuc, dum poſtera uenerit ætas,
Sic bona perpræſens ſemita claudet opus.
Alma panomphæi tolluntur ſceptra Tonantis,
Illius æqua manus culmen honoris habet.

## ARGVMEN. PSAL. XCII.

*Pſalmus iſte narratiuus eſt proſperitatis ſeu exaltationis regni Chriſti in die Reſurrectionis, tum decoris ac pulchritudinis eccleſiæ, quam adepta eſt in die Aſcẽſionis, ac Emiſſionis diuini ſpiritus in die Pentecoſtes.*

## Dominus regnauit, decorem.

Maieſtas pulchritudinis & fortitudinis Dei.

REgnauit dominus claros indutus honores,
Viuida marmoreas dextera cinxit opes.
Telluris metas Deus ipſe notauit, & orbẽ
In ſtabiliq; iacent concaua centra loco.

Ille



Regnũ Chriſti æternum.

Ille pater ſolidas poſuit ſuper æthera ſedes,
Fœlix æterno tempore numen habet.

Glorificatio Chriſti p Apoſtolos gẽtiũ doctores

Horrida pontiuagas ſonuerunt flumina uoces,
Notaq; piſcoſi uerba dedere ſinus.
Flumina terga ſuos fluctus in celſa leuarunt,
Horribileſq; tulit pontus in aſtra ſonos.
Vaſta pruiniferos quatiũt maris æquora fluctus,
Celſus in ætherea præſidet arce Tonans.
Inclyta mirificos reddunt tua numina teſtes,
Sic decet æternam machina ſancta domum.

## ARGVMEN. PSAL. XCIII.

*Pſalmus iſte inuehitur contra eos qui diuinam abnegant prouidentiã: unde Pſaltes prædicit & imprecatur ultionẽ quã Chriſtus ſit de perſecutoribus eccleſiæ habiturus: eoq; monemur ut ſi ab impijs impetamur, patiẽter ſuſtineamus, atq; intelligamus deum in eos uindicaturum.*

## Deus vltionum dominus.

QVi Deus ultrices iras ſub monte reponis,
Vltio trux perijt, ius pietatis habes.

Omniũ iudex deus.

Exaltare, probis qui terram legibus æquas,
Qui ſuper ire uelint, ad tua roſtra uoces.
Vſq; uigebit atrox? quorſum ferus ingruit hoſtis?
Cur mala peccantem gloria tollit humum?

 Impia

Impia crudeles quid uerba loquentur iniqui?
Liuida non pellax obſtruet ora dolus?
Corruet arx populi, plæbem ſtrauere ſuperbi,
Vexaruntq́; tuæ regia ſceptra domus.
Ecce cruentatos tinxit miſer aduena poſtes,
Mactatos fœtus mater amara gemit.

*Blaſphemia cōtra dei prouidētiam.*

Et dixere mali, ſtellans nequit omnia cœlum
Cernere, Regem Iacob ferre proterua putes?
Deprecor inſipiens iſtæc ſyntagmata uulgus
Carpere, quin ſtupidos linquere corda metus.
O plæbs cæca nimis, non qui plantauerit aurem,
Audit? qui lumen fixit, aperta uidet?
Non quæ barbaricas caſtigat taurea gentes,
Arguet, impingit quod tua dextra ſcelus?
Scitur ab excelſo q̃ uanum pectus aberret,
Mens diuina legit quequid & intus agat.

*Cōſolantur adflicti etanimātur ad tolerēdas pſecutiōes ſub auxiliari dei gratia.*

Fœlix, quem docuit Sophiæ prudentia leges,
Cœleſti quales mandat ab arce Tonans.
Sic parcas ſceleri, dum uenerit impius horror,
Donec tartareum ſorpſerit ira gregem.
Dexteritas animi ſolabitur aurea uotum,
Confluet in ſacrum res pretioſa decus.
Sic memor es noſtri, quò lex tibi uindiæt orbem,
Donec conſcriptis patribus æqua feras.
Quis comes aſſurgat? rapiamus in arma tyrãnos
Scilicet infernas diſſatiamus oues.

*Neceſſaria dei gratia.*

Ni Deus hic mecum, niſi rex mihi præſto fuiſſet,
Mox leuis immanes cerneret umbra domos.

Si tibi



Si tibi narrabam, uitalis planta mouetur,
Greßibus immotis dux mihi notus eras.
Paruit apta meo ſemper medicina dolori,
Gaudia ſub læto pectore blanda ſedent.

*Deus æquus præmiorum cōpenſator.*

Nonne tibi fallax ſupereſt uirtutis imago,
Quòd tua prædurum iuſſa ſequatur opus?
Impia captabunt ſceleris commercia turbæ,
Corruet innocuo ſanguine tincta manus.
Si ferus ardentes orbis confulminet iras,
Auxilij noſtri ſin minus auctor eris.
Arbiter omnipotens ſenſus damnabis atroces,
Perdent funeſtos geſta nephanda greges.

## ARGVMEN. PSAL. XCIIII.

*Exhortatio uatis ſub typo eccleſiæ omnes gentes inuitantis ad recipiendum Chriſtum cum exultatione & confeſſione fidei ſcilicet, eidem honores diuinos cultumq́; latriæ tanquam Deo uero, ac redemptori Meßiæ in lege promiſſo impendendo:*

## Venite exultemus domino.

AVrea pſalmidici deducite cantica uates,
Grãde ſalutifero pangite pſalma duci.
Lucida præueniat dulces confeßio uultus,
Mollis & hymnidicã perſonet aura chelim.

*Laus dei creatoris.*

Optimus ille graui magnos propagine Reges,
Cœlicolasq́; trahit nobilitate Deos,

Ille

Ille poteſtates (quæ terræ finibus inſunt)
Rex habet, & claro lumine cuncta uidet.
Ipſius eſt pelagi facies, finxitq; profundum,
Ipſius arte patens conſolidatur humus.
Latria Deo tribuẽda.
Exim adorantes procedite, adeſte popelli,
Sancta creatori ſoluite iura Deo.
Nos grex, nos populus, nos florida paſcua nutrit
Noſcat ouis pinguem quo duce captet humũ.
In pſona chriſti uates loquitur.
Mollia ſi ſubeant reſonæ præcordia uoces,
Non grauis obduret ferrea corda ſopor.
Qualia deſerto dum me plæbs ciuit ad iras,
Quas ego deſpecta relligione tuli.
Culpa parẽtũ repetitur ut inde uindicta timeatur.
Illic ueſtrates oculi mea geſta probarunt,
Videruntq; graues acta probata uiri.
Quadraginta fui populo rex proximus annis,
Et dixi ſemper mobilis errat humus.
Deſúuere uias, queis ſum iuratus in ira,
His dederim ſanctos ſi penetrare lares?

## ARGVMEN. PSAL. XCV.

Apoſtrophando inultat Propheta omnes mundi nationes, ut relictis idolis ueniant ad cantandum Canticum nouum, id eſt, legem Euangelicam in aduentu Regis Meſſyæ, explicando illius maieſtatem, iudiciariam poteſtatem, atque triumphorum candorem, quem in ſua reſurrectione & aſcenſione ex merito ſuæ paßionis adeptus eſt, inuitis portis inferorum.

Cantate



## Cantate domino. I.

Prædicatio excellentiæ Chriſti.
PAngite dulciloqui dño noua carmina uates,
Mellifluas laudes florida cantet humus.
Pſallite plæbs domino, benedicite ſiſtra Tonanti,
Nam ſacra ſunt omni geſta canenda die.
Aduolet ad cunctas illius gloria gentes,
Gentibus impenſum nil taceatur opus.
Summus in elatos numen ſpectabile reges,
Ac ſuper illuſtres Rex habet arma Deos.
Quid ſibi gentiles tam barbara ſtẽmata fingunt?
Cur tetros ſupera dæmonas arce locant?
Prædicatio latriæ deo Chriſto impẽdẽdæ.
Hic opifex rerum qui cœli condidit aſtra,
Maieſtas, & honor, cui decor almus ineſt.
Dicite patritiæ domino paradoxa cohortes,
Tollite quem ſuperis mentibus aſtra colunt.
Tollite ſacrarum fœlicia munera rerum,
Quæ Deus in ſacra ſede uenuſtus habet.
Numinis à facie tellus moueatur, & orbis,
Regia dignitas & iudiciaria poteſtas in Chriſto.
Egregius celſo marte triumphet eques.
Is legiſlator populos correxit atroces,
Hac nuſquam fœlix lege uacabit humus.
Imitatio laudis ad omnes
Lætentur cœli, tellus exultet, & altum
Confluat, hinc animos res genialis agat.
Tunc exultabunt ſyluarum robora, quando
Venerit anſancta ſplendida lege ſalus.
Ille Tonans æquo ſacrabit pondere mundum,
Principe ſæptrigero quiſq; beatus erit.

Argum

## ARGVMEN. PSAL. XCVI.

*Deſcriptio Regni Chriſti cum præclara uatis exhortatione ad legis Euangelicæ obſeruationem.*

# Dominus regnauit, exultet terra.

*Clarificatio Regni chriſti*

*Regnauit dominus, tellus exultet, & ipſi*
*(Quos ſibi cõſãſcũt æquora uaſta) ſinus.*
*Obtegit auricomum nubes præclara Tonantem,*
*Inclyta iuſtitiæ roſtra tribunal habent.*
*Illius ante oculos exardens flamma feretur,*
*Hoſtilemq; rapax ignis aduret humum.*
*Feruida uitali luxerunt fulgura mundo,*
*Vidit & in ſtupidum terra uoluta chaos.*
*A facie domini fluxere cacumina montis,*
*Vt cæca igniuomo quam rapit ore focus.*
*Regia ſtellantes monſtrarunt numina cœli,*
*Quis foret altus honor, protulit orbis apex.*

*Cõfuſio impiorũ, ſculptilia uenerãtiũ*

*Diſpereant omnes fictum qui numen adorant,*
*Qui memores ſtatuunt poſt ſimulachra deos,*
*Sydereum celebres animi cognoſcite regem,*
*Audijt, hinc Sion gaudia pace tulit.*
*Hinc Iudæa grauem diſtinxit filia greſſum,*
*Iudicis audito ſtemmate fulſit amor.*
*Rex ſuper humanos tua lex, tua gloria faſtus,*
*Terrigenas ſuperat uis tua ſculpta Deos.*

Qui



*Qui dominũ colitis, ſcelus hinc auferte, coronat,*
*Fœlices animas, ſoluit & æqua Deus.*
*Lux oritur iuſto, lætantur corde fideles,*
*Hæc ſunt à ſupera præmia miſſa domo.*
*Sanctificata cohors hilares captate triumphos,*
*Pangite mellifluas dexteritatis opes.*

*Gratia legis euãgelicæ.*

## ARGVMEN. PSAL. XCVII.

*Exhortatur Propheta omnes mundi nationes ad recipiendum Chriſtum in ſuo aduentu, & profitendum nouam legem Euangelicam, docetq; modum, quo idem Chriſtus a fidelibus recipi, exaltariq; debeat.*

# Cantate domino. 2.

*Triũphalis ouatio a uictoria per Chriſtum.*

*Dicite ſydereo noua dicite cantica Regi,*
*Cœlica diuinum res ſuperegit opus.*
*Nam ſibi conceſſas ſeruauit dextera gentes,*
*Sub forti brachio pergraue robur ineſt.*
*Signauit notum reſplendens æthera numen,*
*Cognita Iuſtitiæ uis, & imago Dei.*
*Sic memor ille fuit generi ſuccurrere mœſto,*
*Promiſſumq; ſacra dexteritate tulit.*

*Ieſus ſalutaris miſericordia in ueritate.*

*Ardua ſpectarunt regis magnalia fines,*
*Egregium ſenſit terra ſalutis onus.*
*Iubila terra Deo perſoluite uota Tonanti,*
*Decantent hilares ſiſtra ſonora modos.*

Pro

Modus laudā di Chriſtum Deum.

Pro cithari domino reſonas extollite uoces,
Carmina ductilibus pangite blanda tubis.
Pſallite diuino coram Sympſalmata uultu,
Et maris & terræ commoueatur apex.
Gaudebunt montes, geminabunt flumina plauſus,
Dextera ſuſpicient ſub duce fata regi.
Candidus hic aderit cenſor, qui iudicet orbem,
Terrigenas æquo libret in axe choros.

## ARGVMEN. PSAL. XCVIII.

*Inuitantur omnes populi & potiſſimum Iudæi ad cultum & obedientiam Regis Chriſti, ut celebretur nomen eius & timeatur qui iudicium timoris ſui uult eſſe in hominibus, qui ſanctos ſuos ſemper exaudiuit inuocātes, neq; deſeruit eoſdem etiam ex humana fragilitate cadentes.*

## Dominus regnauit, iraſcantur.

Chriſtus rex & iudex in Sion.

Regnauit dn̄s, ſacra plæbs moueatur, et orbis
Inſurgit, Cherubin rex ſuper alta ſedes.
Noſcitur illuſtri dominus perpulcher in arce
Sion, ubi radians pro duce nomen habet.
Sciſcat humus celſum quod profers numē ab alto
Fertile iudicium gloria regis amat.
Præbuit aſcenſus directio ſtrata uiarum,
Ex Iacob rectum ſemita ſtruxit iter.

Exaltate



Exhortatur iuſtitiarios deū timere.

Exaltate uiri dominum ſuper æthera Regem,
Aurea ſubq; ſuos ponite ſcamna pedes.
Aſtitit huic ſanctus ſub diuo flamine Moſes,
Huic Aaron, Samuel, relligione uiri.

Peccata ſanctorū oratione rediműtur.

Exauditurí ſpectabant æthera Vates,
Vocalemq; dabant protinus alta ſonum.
Inclyta ſeruabant domini mandata prophetæ,
Pactaq; syncæra non uiolanda fide.

Apoſtrophat ad Chriſtum.

Tu mundi rector ſeruabas uota precantum,
Explorata necans uindice facta manu.
Laudibus egregium ſuper æthera tollite regem,
Montibus excelſis numina ſanctus habet.

## ARGVM. PSAL. XCIX.

*Exhortatio ad populum Dei, ut ipſi deo latriam cum laudis iubilo ac cordis lætitia impendat, quaſi hæc ſit humanæ laudis ſumma, ut deum ipſum eſſe nobis piiſſimum patrem, non ſolum creatorem ſed & gubernatorem, prouiſorem, paſtorem, redemptorem & ſaluatorem profiteamur.*

## Iubilate Deo omnis terra.

Omnis terra duci ſuſpendite pectora cœlo,
Ducite plæbs lætos ad ſacra feſta dies.
Fundite nunc hilari fœlicia munera uultu,
Cernite ſydereus qua ſedet arce Tonans.

Hoc

*Hoc ſcitote bonum, Deus eſt qui fecit, & ipſi,*
*Nos neq; plaſmamur, conditor artis ineſt.*
*Introeat populus, referet confeßio portas,*
*Atriáq; hymnidicos dent reſerata ſales.*
*Tollite magnificum diateſſara tollite Regem,*
*Auricomum cuius gratia lumen habet.*

## ARGVMEN. PSAL. C.

*Loquitur hic David in perſona ſui tanquam Propheta, & in perſona Chriſti tanquam legislator, ubi totius legis euā gelicæ partes quæ in miſericordia & iudicio conſiſtunt, non inconcinne recitantur.*

## Miſericordiam & iudicium.

*AVreus adſcribā ueniæ tibi munera Pſaltes*
*Quæ fora legalis Rex pietatis habent.*
*Percipiet memores quos prompſerit arida uerſus*
*Tibia, quando graues traxeris aure ſonos.*
*Me regit inſontis cordata modeſtia uitæ* *Innocētia uitæ ex legis præcepto.*
*In medio noſtræ pax ſedet alta domus.*
*Ante meos oculos iniuſta nec hæſit imago,*
*Exoſas habui perditionis oues.*
*Haud mihi cor prauū, minus audio mēte ſupbos,*
*Declinant à me plebs operata ſcelus.*
*Quàm ſequor in duplici uultu, qui fraudet amātē*
*Ora roſas ſpargant, mordeat hydra ſinus.*

Luminibus



*Luminibus tumidis, non menti iungor auaræ,*
*Non his præſentem dat mea menſa cibum.*
*Lumina noſtra uident quæ figunt ſtrata fideles,* *Oculi domini ad fideles.*
*Sæmita cui recti trita, Sateles erit.*
*Aetheris elatus non ſe iactabit in arœ,*
*Sic mea uaniloquum deſpicit aula parem.*
*Aurora ſurgente grauis Catapulta ſceleſtos*
*Perdet, ita inuiſis noſtra uacabit humus.*

## ARGVMENTVM PSAL. CI.

*Elegia ſeu funebris Dauidis oratio in perſona Adæ prīmogenii, aut cuiuſuis peccatoris cōquerentis de infortunio ac peccati ſui infelicitate, petentis demum redimi ac liberari à ſua paupertate et anxietate per Ieſū Chriſtū, unde coram domino ex doloris cruciatū fundit eloquium dicens.*

## Domine exaudi orationē meam.

*ACcipe mortales ò numinis ara querelas,*
*Iam meus aſcendat regis ad aſtra lepos.*
*Nil faciem uertas, dum trux anguſtia mordet*
*Cor, moueant lachrymæ regia corda graues.*
*Sub quacunq; die ſacras deducar in ædes,*
*Trade mihi ſanctam (te Deus oro) manum.*
*Ecce mei fluxere dies, ceu fumus inanis,* *Breuitas & fragilitas uitæ.*
*Arida ſunt celeres membra ſecuta rogos*
*Conteror, heu tanquam fœnum, qd' ſole friatur,*
*Oblitus panis rodere fruſta mei.*

I Triſtis

Triſtes ob gemitus, infauſtas inde querelas,
Os laceræ carni prorſus adhæſit inops.

*Cruciatus animi.*

Solus ego ueluti mœrens pelicanus ad undas,
Nycticorax humili ſum uelut atra domo.
Humentes habui quondam uigilantis ocellos,
Vt uagus in tegetis fragmine paſſer eram.
Exhinc probra mihi ſparſim deprompta notabam,
Laudibus altiſonis exitialis eram.
Tunc cinerem panis dicebam cruſtula plorans,
Manantes lachrymæ tunc mihi potus erant.
Vnde poli Rector genus hoc protendis ab alto,
Me tuus euerſa conteret arce labor?
Ecce mei eæ dies tenuis uelut umbra recedunt,
Iam mea ceu pallens aruit herba cutis.

*Chriſtus deſideratur mitti in ſalutem populi.*

Tu uero ſtabili quum claudas tempora fato,
Fortè ſub æterno ſydere numen habes.
Exurgens querulæ Sion miſereberis ò Rex
Vt pandas ueniæ ſæcula, tempus adeſt.
Quòd licet illa tuis placuerunt pergama ſeruis,
Illi parcetur (res modo ſuauis) humo.
Hinc tua multijugæ laudabunt nomina gentes,
Multorumq; ducum gloria ſolus eris.
Quòd Deus auricomæ conſtruxerit inclyta Sion
Mœnia, nunc rutilans teſtificatur apex.

*Miſſa gratia prædicatur.*

Vidit & Altitonans humiles ſub mente querelas,
Quando ſpuit caſtas mens radioſa preces?
Ardua uenturi memorabunt geſta nepotes,
Regia diuinum turba notabit opus.

Montibus



*Sion cœleſtis cõtemplatio.*

Montibus in ſuperis fabricatur olympica Sion,
E cœlo ſplendens urbis imago micat.
Vt laceros mentis gemitus audiret olympus,
Reſpexit, uinctas ſoluit ab ære manus,
Sion ut egregias ſummi depingere laudes,
Sciat Hieruſalem pandere gramma Dei.
Conueniunt populi uel maximus orbis in unum.
Conſulit heroas numen arare tuum.
In curſu reſpondit ei, Tu nuntius eſto,

*Certitudinẽ ueniæ adepta de breuitate uitæ ad æternos annos petit eiulare.*

Quam mihi per paucos ſuggerit æra dies?
Haud reuoces medium uitæ modo pignus agentẽ,
Qui longum magno Syrmate tempus habes.
Fundamenta cauæ telluri prima dediſti,
Et tua ſunt teretes ardua facta poli.
Tranſibunt ipſi, ſuper hos immobilis extas,
Sub ueteres annos, ceu toga trita fluent.
Ac uelut id quod ineſt motabile magnus obibis,

*Solus deus æternus.*

Mutabuntur, idem ſemper & ipſe manes.
Incolet haſce domus prothyras tibi nacta ꝓpago,
Surget ad immenſum nobile ſemen opus.

## ARGVMENTVM PSAL. CII.

*Adam ut myſticus homo alloquitur hic mentem ſuam, citã-do eam ad deum laudandum, de miſericordia, & beneficio ſuæ redemptionis per Chriſtum adeptæ, qui ad patris dexteram in cœlis reſidens, regnat ubiq;, cui angeli omneſq; creaturæ ſeruiunt & gratias agunt.*

I ii Bened

## Benedic anima mea domino. 1.

Laudes ô mea mẽs, bene dic mea uita Tonãtẽ,
Nomen olympiferũ uis pretioſa feras.
*Beneficia Dei in redẽptione*
Dic mea mẽs domino, tua ſunt dominator olympi
Aurea fœlici quæ ſale dona gero.
Tu pius errores diros abſoluis, iniquo
Das ueniam, flagrans exutis omne malum.
Tu nece confoſſo uitales porrigis auras,
Dulcis & hinc uaſtum gratia pellit onus.
Te ſpirante ſacer me ſpiritus afflat, inermis
Obtegor. hinc Aquilæ cana iuuenta ſubeſt.
Charus item miſeris, ſeruata recondis aſylo,
Percutiens ſontes iudicis acta feris.
*Magnitudo diuinæ miſe/ricordiæ:*
Nota tuo quondam feciſti dogmata Moſi,
Sciuit & Iſraël quæ tua roſtra forent.
Aureus ætherea reſidens pietatis in arce,
Longanimis ueniæ rem ſpecioſus habes.
Deſinet horrendos protendere dextra furores,
Præcipites retrahent tela ſeuera minas.
Impia barbaricos renuit uindicta reatus,
*Similitudines gratiæ Dei.*
Nec grauis horrendum pœna ſecuta nephas.
Stellantes luteo ut diſtant à puluere cœli,
Rex ita compenſas quid pietatis habes.
Ortus ab occiduo quantum diſtenditur orbe,
Humano tantum ceſſit ab ore ſcelus.
Qua ratione pater ſobolis miſeretur amicæ,
Figmentum ſpectans debile noris opus.





*Quid homo?*
Heu quid homo ? puluis, glomerata friabilis herbæ
(Quam ros mane colit) ueſpere ſiccat humus.
Non leuis æternos mirabitur umbra decores,
Nam ruet a chara ceu peregrina domo.
Semper agit ſtabiles domini clementia curſus,
Limpida compertum ducit ad aſtra gregem.
Ad ſacra priſcorum ſuccedunt iura nepotes,
Qui ſacra ſyncœræ fœdera mentis agunt.
Confiteor cœlo quæ rex mandaueris, horum
Et memores fiunt, ut tua iuſſa ferant.
Strata Dei ſedes ſublimis in arce locatur,
Ac ſupereſt cunctis faſcibus alta manus.
*Apoſtrophat ad cœli Hie/rarchias cæ/teraſq; crea/turas ut Deũ laudent.*
Cœleſtes animæ magniq; caterua ſenatus
Empyreum tota mente probate ducem.
Voſq; poteſtates, Satrapæ, regiſq; miniſtri
Fœlices ſparſim dinumerate choros.
Egregiũm laudes ô rerum machina plaſtem,
Huic benedic mea mẽs, quo duce flagrat amor.

## ARGVMENTVM PSAL. CIII.

*Laudatur hic Deus de beneficio uniuerſalis creationis, & recreationis, ubi Pſaltes commendat diuinam potentiã, & ſapientiam & bonitatem circa huiuſmodi creationẽ: indignos uero uita iudicat, qui hanc fidem prouidentiæ Dei nõ habent.*

# Benedic anima mea domino. 2.

EVge Deo laudes mea mens adſcribe Tonāti
Mi Deus almificum pars tua finxit opus.
Aurea lucifluo tibi ſunt tegmenta decori,
Te beat angelicæ nobilitatis apex.
Creatio cœleſtium. Vt pelles nitidas extendis operaula cœli,
Cingis amabilibus quod ſuper extat aquis.
En tua præclaræ tollunt ueſtigia nubes,
Sub pede uentorum flamina præpes agis.
Quis iubet illuſtres uentum ſpirare miniſtros?
Tu facis ardentem cælſa tonare rogum.
Terreſtrium creatio. Iuſsiſti magno tellus inſiſteret orbi,
Perpetuasq; ageret uis ſibi penſa uices.
Surgit ubiq; color tellurem ueſtit Abyſsus,
Torrentis facies per iuga ſtabit aquæ.
Parebunt uoci capientq; fugata receſſum,
Terribili tonitru ſurget in ora pauor.
Aſcendunt altos procliui tramite montes,
Curuaq; ſuppoſitam uallis obumbrat humum.
Indictiua placent, capiant ut ſingula fines,
Nec ſibi commiſſum transgrediantur opus.
Emittis rapidos gelidis conuallibus amnes,
Deſcendunt rigui montis in antra ſinus.
Illic fontanos potabit beſtia rores,
Hoc onager ſiccam perdet in amne ſitim.
Deſuper aëriæ uolucres habitacula condent,
Nec procul hinc redinet garrula turba melos.
Rigabit



Denſabit colles ſuperis de fontibus imber,
Ex operis fructu quò ſatietur humus.
Mollia producet iumentis gramina tellus,
Actibus humanis ſeruiet alba ſeges.
Vt frumentatos ſibi condiat arida panes,
Prædulci ſatiet munera læta mero.
Exhilaret tenerum fœlici pectus oliuo,
Debile cor repleat candida panis adeps.
Exaturabuntur fallacis robora ſyluæ,
Inter amicas Cedros nidificabit auis.
Illius princeps Herodius, ardua tempe
Sunt leuibus ceruis, abdita regna feris.
Scit ſua ſole micans obducere cornua Phœbe,
Nouit & occaſus ſol retinere modum.
Pallentes nigra tenebras ſub nocte locaſti,
Sub qua ſyluanum currit ad arua pecus.
Villoſi curſant per deuia luſtra leones,
Quò rapiant dulces guttura lata cibos.
Sole ſed exorto tractibus glomerantur in antris,
Quæq; ſuum raptim turba cubile rapit.
Hinc exibit homo, manus hinc operata laborem
Signabit quod hians ueſpera claudet opus.
Quàm præcelſa tui uultus miracula fiunt,
Hæc ſapiens miræ conditor artis habes.
Innumeros claudunt ſpatioſa per æquora piſces Marinorum creatio.
Stagnorum latices, pontiuagiq; ſinus.
Illic cum grauibus piſcoſa caterua dracœnis,
Traducet ſuper hoc gurgite nauta ratem.

Vt ludatur eis, formantur in æquora ceti,
Expectant abs te cūcta creata cibum.
Ex manu Dei omnia nobis cedunt.
Te donante ſeges copioſa reſultat in aruis,
Cuncta tuæ uegetant dexteritate manus.
Si faciem uertas, conturbabuntur, & ipſis
Spiritus abſcedet, pulueris inſtar erunt.
Pneuma tuum laxes, ita mens ſpirabit ab illis,
Luſtrabis uultus, ac renouabis humum.
Cultus Dei commēdatur ex præmiſsis.
Aurea diuinæ uigeant in ſæcula laudes,
Exhilaret ſanctum nobile numen opus.
Ille uidet terram, tellus quoq; uiſa tremeſcit,
Dum tangit montes, dant caua ſaxa rogos.
Cantabis domino mea mens Sympſalma Tonanti,
Huic pſallam lætus, dumq; ſuperſtes ero.
Diſtinguent noſtræ diuina poëmata uoces,
Cum domino feſtum digeret aura diem
Comminatio ad incredulos.
Præcipites abeant cacæ, ſcelerumq; miniſtri,
Laude panomphæum mens bene compta uocet.

ARGVMENT. PSAL. CIIII.

*Inuitat hic Propheta omnes ad domini laudem, propter excellentem ipſius dei bonitatē quam olim patribus oſtendit, ut per myſteria, & fidem illorum inducat nos ad fidem Chriſti.*

Confitem



# Confitemini domino, & inuocate.

Sanctificatio nominis dei.
LAurea ſydereum Regem teſtudo ſalutes,
Blanda ſuauiloquum pange Cicuta melos.
Ad fortunatas æterna potentia gentes,
Conuolet ad magnum dexteritatis opus.
Laudatur populus, ſub cuius robore certat,
Dulcibus exultent pectora læta modis.
Quærite magnificum ſub claro ſtemmate Regem,
Cernite cui ſemper uirga decoris ineſt.
Beneficiorum recordatio.
Flexanimo ſatote uiri quæ ſigna fragore
Sors dedit illuſtri prodigioſa polo.
Sunt Abrahæ ſoboles, Iacob fœtura miniſtri,
Cuius ab æterno tempore ſceptra manent.
Ille Deus noſter, celſo qui uiuit olympo,
Qui maris ac terræ ius ditionis habet.
Promiſſionū dei ueritas patribus innotuit.
Ferrea compactum geſſit per ſæcula fœdus,
Extulit in multas aurea uerba tribus.
Promiſſas Abrahæ bene dixit dextera gentes,
Iſaacum releuat tractus ab enſe furor.
Exhinc tam fœlix Iacob ſub numine pactum,
Hoc grauis Iſraël fœdere uiuit honor.
Verba Tonātis erant, Chanaā tibi ſceptra paraui,
Funiculum ſortis pars regionis habet.
Cum numero pauci de regno in regna feruntur,
De gente in gentem plæbs peregrina fugit.
His nunquam nocuit quos fouit olympica uirtus,
Corripuit ſæuos uis animoſa duces.

Vox

*Cõſolatio & cuſtodia dei.*

Vox excelſa meos (dixit) nolite prophetas
Tangere, trux chriſtos lædere parce manus.
In terram laxata fames conſumpta coëgit,
Defuit & ſacri candida panis adeps.

*Inſigne diuinæ prouidẽtiæ exẽplum ſub figura Ioſephi ut notatur Geneſis 37 & cæteris capitibus.*

Miſerat ante uirum, quàm ſæuos tenderet arcus
Ante rei faſtum ſeruus Ioſeph erat.
Donec olympigenæ ueniſſent ſomnia Vatis,
Vinxit adorandos dura cataſta pedes.
Candida diuinum ſpirabant pectora flamen,
Ac ſuper heroas uir numeratur auos.
Maximus illuſtris præfertur Regis in aula,
Qui regat egregiæ candida iura domus.
Callida qui doceat magnates ſceptra tenere,
Dirigat hinc tetricos prouida cura duces.
Venit in Aegyptum nouus incola, uenit & hoſpes
Iſraël, Iacob Chamea cepit humus.
Hic ubi dux ſtabilem populũ uehementer adauxit,
Atrox ſtolidum robur in hoſte fuit.

*Aegyptiaca impietas.*

Turba ſequeſtrato diſperſa Tonantis amore,
Fallaces gentis cœpit obire dolos.
Ne ſibi parta tribus, genimenq; ſub hoſte perirẽt,
Diues olympiaco uenit ab orbe ſalus.
Præfuit his Moſes Aaron comitatus acerbo,
Horrida qui ſummæ ſigna tulere manus.

*Nouẽ plagæ Aegypti propter duritiẽ & infidelitatẽ Pharaonis*

Denſa ſub illuſtri crepuit nox luce, tenebras
Clara dies ſtupuit, ſed nihil artis habent.
Defluit in tetrum reuolubilis unda cruorem,
Squammoſuſq; nigro piſcis ab amne cadit.

His



His quoq; crudeles ranas dat inhoſpita tellus,
Vexauit pauidas beſtia rauca domos.
Peßimus hinc ſcinipes humanos lancinat artus
Omnibus ĩuolitans muſca proterua locis.
Brumales pluuias mentita per aëra grando,
Conſumpſit ſtupidam mißile fulgur humum.
Pampineas uites, ſecuere tonitrua ficos,
Vix ulla florens arbore fructus ineſt.
Bruchus item diris abrodens morſibus herbas,
Venit & ardenti longa locuſta pede.
Lurida gramineos triuerunt tela decores,
Corroſit latam bellua triſtis humum.
Selectas rerum percußit olympica fruges
Machina, primitias damna laboris habent.
Tum grauis argento Pharaonicas regna ſubegit,
Nec fuit in toto plebs uerecunda grege.
Optauit longos Aegyptia turma receſſus
Gentis, ob id pauido ceßit ab orbe timor.

*Beneficia populo iudaico collata, in exĩtu Aegyptiæ captiuitatis.*

Quò graderentur iter nubes grauit opacas,
Altiuolas ſequitur turba ſerena faces.
Oranti populo uenit peregrina Coturnix,
Panis & hos candens exaturauit adeps.
Concuſſo latices ſcopulo fluxere tenelli,
Immaduit ſparſo flumine pinguis humus.
Dulcia compoſitæ tutantur fœdera uocis,
Hæc fuerant Abrahæ conſtabilita patri.
Tinnula pangebant lepidos pſalteria uerſus,
Dum graue diſtraherent à ditione iugum.

Sic placuit

Sic placuit cœlo fines intenderet orbis,
Gentiles coleret gens peregrina domos.
Alta ſacroſancti teneant myſteria Vates,
Vt Deus immenſo poßit ab orbe coli.

## ARGVMENTVM PSAL. CV.

Hic pſalmus cũ præcedẽti eſt laudatiuus, fitq; ex perſona eorum, qui ueniam conuerſi precantur, & exempla eorum commemorant, in quos etiã peccantes apparuerit diues dei miſericordia: Cõſtat ergo fidẽ prædicari & infidelitatem damnari.

## Confitemini domino quoniam.

Exhortatio ad Dei laudes.

HYmnidici Vates q̃ carmina fertis ad aras,
Tangite blandiſonis Leſbia plectra modis,
Quis feret altithroni præſtantia iura ſenatus?
Aut quis olympigenas laude coronet opes?

Exhortatio ad legis obſeruationem.

Fœlices nimium quos legis imago ſerenat,
Et qui iuſtitiæ uiuida roſtra tenent.
Reſpice quos grato plaſmarit dextera uultu,
Cerne ſalutari membra remiſſa uice.

Redẽptio per Chriſtum imploratur.

Fac uideant gentes quid compſit honora poteſtas,
Atq; probes, uiuus quis tibi conſtet amor.

Iuſti etiam ſe accuſant peccaſſe cũ antiquis patribus rebellibus, & ingratis ut Exodi 4.

Proh dolor errantes patrum delicta ſecutos,
Mordica ſolliciti damna laboris habent.
Nouerit Aegyptus proauos in multa rebelles
Temnere ſuppoſita relligione Deum.

Proh



Proh malus errauit dum gurgitis oſtia rubri,
Tentaret gelidos grex penetrare ſinus.
Nec minus ingratos ſummi clementia Regis
Extulit, ut brachij robora nota forent.
Littore partitum pelagus ſtatuit utroq;,
Saxifera immadidos geßit arena pedes.
Te duce ſanguineo populus ſeruatur ab hoſte,
Nec fuit in uaſto præda reperta mari.
Fulmineos hoſtes uel ſic conſumpſit olympus,
Milibus ex centum non ſuperauit eques.

Vana fides Hypocritarũ.

Hinc populo manifeſta fides accreuit, id ipſum,
Auctorem mira laude tonauit opus.
Res conſumpta citò periit, cæditq; ſuperbum
Regis opus, ſtatim fœdus inane fuit.

Tentatio concupiſcentiæ.

Ecce nouo tractu ſurgens uitioſa uoluptas,
Impia torrentes turba ſitiuit aquas.
Quod fera mens petijt, rapuit ſaturata libido,
Feruida blandiſonum guttur orexis habet.

Tentatio ambitionis & inuidiæ.

Preter id anſanctum turbauit factio Moſem,
Compulit & flagrans ora decoris apex.
Ecce Dathan ſorpſit telluris aperta uorago,
Hinc Abyron celerẽ nigra momordit humus.
Tum graue ſydereo iactatur ab æthere fulmen,
Peccanteſq; manus flamma rogalis habet.

Tẽtatio idololatriæ, Exodi 32.

Vah ſcelus horriſonum, uitulus conflatur in Oreb,
Quod manus inſculpſit mollis adorat opus.
Tum diuinus honos, æterna potentia cœli,
Sub boue cornigero uiſus adeſſe Tonans.

O ubi

O ubi lex? ubi Rex? ubi chara redemptio plæbis?
Cœleſtem ignoras gens peregrina Deum?
Si patre Moſe diu caruiſſet arabile uulgus,
Captaſſet miſeram ſub Phlegethonte domum.
*[Mediator et cōciliator pacis Moyſes.]*
Sub duce Moſe fuit pacata rebellio gentis,
At nihil in uotis terra benigna tulit.
Friuola mendaci creduntur fata lepore,
*[Negatio diuinæ potentiæ.]*
Murmurat in caſtris trux ſynagoga ſuis.
*[Non ſtatim percutit deus]*
Extulit inde manum pietatis, & ora recluſit,
Sterneret ut toruum cœlica uirga gregem.
Impia confracto ſoboles à nomine culmen
Perderet, à ſancta nobile germen humo.
*[Tentatio luxuriæ ac fornicationis.]*
Sordida Belphegoris repetunt commenta penates,
Ad falſos myſtas corpora cæſa uolant.
Vitalem ſtupidis rebus ſucceſſit olympum
Multiplicans fœdum uaſta ruina ſcelus.
*[Oratio Phineis.]*
Orauit Phinees, ceſſauit flamma precando,
Deſijt atra ferox flagra dere manus.
Oris habet ratio cordis ſedare tumultus,
Cum pia ueridicus uerba precator habet.
*[Seditio populi infidelis cōtra Moyſē ad aquas cōtradictionis Numeri 20.]*
Archipatrem ſequitur populi clamoſa tyrannum
Seditio, dulces turbida propter aquas.
Turbida propter aquas populi uox, anxius in re
(Ne fluerent latices) ipſe propheta fuit.
Barbarus at miſerum uulgus non terruit hoſpes,
*[Cananeis iudæi admixti horrenda ſcelera pperrāt.]*
Sed magis infandum turba ſecuta nephas.
Quinetiam mixtos triuerunt crimina greſſus,
Terrigenas ſenſim percoluere Deos.

Ah ſcelus



Ah ſcelus horrendum, profertur ſanguis ad aras,
Mollia Syrpoſos dæmones ora tenent.
Sculptilibus Chanaam mactarunt chara parentes
Pignora, pro ſomni dedit agna boue.
Horrida ſanguineum ſudant delubra cruorem,
Gaudet adinuentis ars ſcelerata malis.
Hinc grauis æthereum cepit uindicta Tonantem,
Pœnituitq; uagos ſuſtinuiſſe mares.
Miſit ad horriſonos gentis uexilla tumultus, *[Percutit deus impios hoſtili flagello.]*
Miſſaq; barbarico tela ſub hoſte cadunt.
Effera captiuos agitarunt ſpicula morſus,
Subq; cadunt ſurdos membra ſubacta pedes.
Liber ab ingrato diſcordia bella pudore
Commouit, fera plæbs, ſtrauit & arma Deus.
Poſt hæc dulcis amor rigidos miſeratus agones *[Recordatur Deus miſericordiæ.]*
Audiuit blandas corde tonante preces.
Clementem piguit laceros tolerare labores,
At coniurato fœdere charus erat.
Succurrit pietas miſero diuina pudori,
Diſpulit hoſtiles conſcia cura manus.
O Deus, ô noſter uenturus in aurea Vates *[Hic orat ut ſalutem per Chriſtum perficiat.]*
Sæcula, des unum cuncta tenere ducem.
Vnanimes in te poſſint grex figere uultus,
Hymniſonumq; ſacra uoce tonare melos.
Caſta Panomphæo benedicat muſa Tonanti,
Omnis uox plæbis iubila fiat, Amen.
Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,
Qui rem principij, fataq; finis habet.

Argum

## ARGVMENT. PSAL. CVI.

*Hic uates tanq̃ certior factus de redẽptiõe humani generis, habita per Chriſtũ ad populũ redẽptũ & de multis nationibus in unam eccleſiam congregatum, ad perſoluendas gratiarum actiones pro huiuſmodi redemptionis beneficio, exhortatoriam habet orationem, qua iubet Dei miſericordiã paſſim magnificari.*

# Confitemini domino quoniam.

*Laudes a miſericordia.*

*DIa cothurnati celebrent oracula Vates,*
*Sunt bona cœleſti munera miſſa polo.*
*Pangant egregias populi Sympſalmata laudes,*
*Cui bellace uirens arte triumphus ineſt.*

*Beneficiorum memoria.*

*Ex aquilone, mari, ſolis reuocamur ab ortu,*
*Comminus occiduo gens rediuiua ſinu.*
*Methodus errantes in aquas ſalebroſa fefellit,*
*Nec fuit in quouis tramite parta ſalus.*
*Eſuriens ſitijt latices carioſa uetuſtas,*
*Nec bibit in liquido flumina caſta lacu.*
*Exclamauerunt per deuia luſtra uagantes,*
*Direxitq; uagos orbita recta pedes.*
*Orbita recta pedes fluidos direxit in urbem,*
*Hic ubi conciues Rex phaleratus habet.*
*Sydereo laudes igitur mea uena Tonanti*
*Ede, triumphanti uota ſuprema Deo.*
*Pinguibus ambroſijs animas ſatiauit inanes,*
*Delitias frontis nobilitauit ager.*

Tarda



*Tarda per humentes gradiũtur plauſtra tenebras*
*Soluuntur uincti ſurgit honoris inops.*
*Et quia conſtratos tetigit ueſania ciues,*
*Cœlica diſperſum læſit & ira gregem.*
*Protraxit uacuum triſtis fortuna pudorem,*
*Hinc labor occubuit, dextra negauit opem.*
*Exclamauerunt per deuia luſtra uagantes,*
*Direxitq; uagos orbita recta pedes.*
*Turpibus e tenebris mœſtos eduxit ouantes,*
*Fregit & umbroſæ ferrea uincla necis.*
*Nota ſit ars præſtans, ſummiq; potentia regis,*
*Tam graue mortales confiteantur opus.*
*Saliat æratos qui fregerit omine tractus,*
*Cui licet armatæ ſupplicuere fores.*

*Certitudo diuinæ miſericordiæ. Victoria Dei ſpoliantis inferos. Cõfeſſio diuinæ potẽtiæ.*

*Vſq; graui miſeros reuocauit mole cadentes,*
*Propter item ſcelerum diſſoluuntur onus.*
*Fœtida mens horum Saliares horruit eſcas,*
*Venit ad infernas peſſima turma domos.*

*Liberatio a culpa & pœna.*

*Exclamauerunt per deuia luſtra uagantes,*
*Direxitq; uagos orbita recta pedes.*
*Immiſit præſens æterna potentia uerbum,*
*Quo duce ſubtractæ reſtituuntur opes.*

*Certitudo diuinæ pietatis*

*Nota ſit ars præſtans, ſummiq; potentia regis,*
*Tam graue mortales confiteantur opus.*

*Cõfeſſio diuinæ potẽtiæ.*

*Nunc ſacra mirificæ iactent miracula laudis,*
*Inſigniq; colant geſta ſuperba melo.*
*Qui penitus fractis deſcendunt nauibus æquor,*
*Et ſua pontiuagis curſibus acta probant.*

*Iuſti in ſuis adflictionibus Deũ ſibi præſentẽ ſenſerunt.*

m Subter

Subter arenoſam-exorabile numen Abyſſum,
Turbatiſq; ſæuunt rebus ineſſe ducem.
Dixit & ardentes mox extulit aura procellas,
Albenteſq; ſpuit nigra Charybdis aquas.
Nunc petit excelſum,nũc terræ prendit Abyſſos
Puppis,& optato littore tranſtra carent.
Peruia turbatos non dirigit orbita duces,
Corruit ebria uis,diſsipat oſſa labor.

*Certitudo diuinæ fortitudinis.*

Exclamauerunt per deuia luſtra uagantes,
Direxitq; uagos orbita recta pedes.
Hinc rabidos fluxus faciles mutauit in auras,
Quò tumidum ſiluit uaſta per antra mare.
Hoſpita trãquillos quibus attigit anchora morſus
Ecce ſalutifero numine portus adeſt.

*Cõfeſsio diuinæ potẽtiæ.*

Nota ſit ars præſtans,ſummiq; potentia regis,
Tam graue mortales confiteantur opus.
Aurea clamoſæ laudet ſynagoga phalangis,
Hunc titulis ornet docta cathedra ducem.

*Copia bonorũ ex ſacramẽtis eccleſiæ Chriſti profluens.*

Extulit in ſiccas torrentia flumina rupes,
Auxerunt rabidam uaſta fluenta ſitim.
Infœlix terras uitiat ſalſugo feraces,
Quod trahit error atrox,incola ſæuus habet.
Conflua deſertos undarum ſtagna receſſus,
Fœcundos imbres herbida ſenſit humus.
Illic conſtituit profugos regione uacantes,
Marmoreas illic ædificare domos.
Hubera fertilibus mandarunt ſemina terris,
Bacchica uitiſator iura colonus habet.

Sic



Sic ſacroſanctis accreuit copia rebus,
Inualuitq; ferax dexteritate pecus.

*Vexãtur ſancti martyres a tyrãnis; cõtinuoq; liberãtur per dei miſericordiã*

Donec fatiferas cædes tractaret erinnys,
Attereretq; pium triſtis imago caput.
Horrida purpureos rapuit contentio reges,
Rixaq; protritum deuia ſtrauit iter.
Audiuit querulos tandem clementia fletus,
Collegit ſparſum dextra benigna gregem.
Læti conſpicient iſtæc miracula cœtus,
Hinc oppilata fauce ſilebit atrox.
Quis recti ſapiens? quis ſedulus ardua cuſtos
Ponderet, ac cœlo quid pietatis ineſt?

## ARGVMEN. PSAL. CVII.

*Apoſtrophat Pſaltes ad Chriſtum, ut a mortuis reſurgat, atq; populum gentilem de tenebris ignorantiæ & ſeruitute idolorum per legem euangelicam in eccleſiam ſuam abiectis idolis reducat, dialogum itaq; præſens pſalmus habet Vatis ſcilicet & Chriſti perſonatus introducendo.*

## Paratum cor meum.

PRompta mihi mens eſt,pronum mihi pectus, olympo *Dauid.*
Quærere ſydereum per ſacra phana ducem.

*Chriſtus reſurgẽs a mortuis.*

Ad citharæ ſonitum mea laus,mea gloria,ſurge,
Monſtrabo rutilum ſole micante iubar.

 Teſtabor

Vates Dauid. *Teſtabor celebres in gentibus alme triūphos,*
*De te cantabo quid ſacer orbis habet.*
*Aurea ſtelligeri capiunt tua numina fines,*
*Te Deus immenſum cœlica regna ſonant.*
Chriſtus aſcēdēs in cœlū. *Exaltare ſuper teretes mea gloria cœlos,*
*Magnificum regem libera cantet humus.*
Dauid. *Saluum me facias, captet tua dextra precantem,*
*Si bona ſub ſancto uate locutus habes.*
Chriſtus caput & conditor eccleſiæ. *Exuuias Sichem gaudens impartiar aris,*
*Dimetiar ſacræ iugera priſca domus.*
*Tu meus es Galaad, tua ſunt mea ſceptra Manaſſe,*
*Tu meus Effraym, tu mea Iuda quies.*
*Iuda mei ſceptrum, ſedesq; potiſsima regni,*
*Spes mea ſuſpenſa eſt in regione Moab.*
*Et mea ſubdiues ueſtigia format Idume,*
*Dat mihi deuotas gens aliena manus.*
Dauid in ſpiritu. *Quis me turritas, quis me deducet in urbes?*
*Ad quis Idumæos me ferat uſq; lares?*
*Nonne Deus qui cuncta tenes, cui ſingula parēt,*
*Iuſtitiam ſanctæ qui bonitatis habes?*
*Da pater auxilium, populo ſuccurre labanti,*
*Quam pingunt homines, defluit ægra ſalus.*
*Hanc uim fortis habes, ſenſus & robora præſtas*
*Viribus effractis gens inimica ruet.*

ARGVMEN. PSAL. CVIII.

*Elegia*



*Elegia Chriſti ad deum patrem de Iuda ſuo proditore ac iudaico populo conquerentis & accuſantis ingratitudinē ipſorum, imprecaturq; ultionē, prædicendo xxiiij uæ ſeu maledictiones, quas ille populus hodie patitur, & de his petit liberari cum gratiarum actionibus, quas ſe acturum tandem pollicetur.*

## Deus laudem meam.

*SI uacat inſomnes mea laus captare querelas,*
*Aut iuuet hoſtiles obterebrare dolos.*
*Conuenere truces de me nigra uerba locuti,* Adflictionis expoſitio.
*Læuia qui uitæ rampere fila petunt.*
*Plebs ingrata nimis pro munere ſcabra repēdit,* Ingratitudo.
*Quo me diligeret detrahit, oro ſacer.*
*Infauſti poſuere malum, non gratia gratos*
*Reddidit, aſt odijs liuida corda tument.*
*Ad peccatoris populum fera ſceptra reducas,* Maledictiōes propheticæ in iudæos.
*A dextris ſtupido ſtet niger ore Sathan.*
*Prodeat infœlix duro ſub iudice uulgus,*
*Nec leuet argutus membra ſceleſta lepos.*
*Contrahe ſub paucos feralia tempora menſes,*
*Imperij ſceptrum regulus alter agat.*
*Dilecto fiant ſoboles orbata parente,*
*Lugubris uiduas defleat uxor opes.*
*Ac uelut extorres uacuum mittantur in orbem,*
*Nec ſacer his ſtabili detur in axe locus.*
*Amiſſas plorent auido ſub fœnore gazas,*
*Subripiat priſcum plebs aliena decus.*

m iij Abſit

Abſit ab his fautor, neu paſcat terra pupillos,
Haud iuuet orphanos dextra tenella mares.
Poſt patris interitum ueniant in fata nepotes,
Diſpereat toto gens uitioſa pede.
Prodeat in lucem uiolenta proteruia patrum,
Matris & infandum non piet unda ſcelus.
In cœlum miſeri feralia cornua iactent,
Stringantur getico nomina quaſſa gelu.
Horrida plæbs iuſtum lacerauit, & ira cruorem
Fudit, & imbellem nec miſerata uirum.
Gens fera captauit ſibi uæ, maleſana petitum
Repperit, iſtud eat quæſo perenne malum.
Induit æternum uæ ſollicitumq; pudorem,
Sicut humum latices, uel ſubit oſſa liquor.
Fiat ei tanq̃ ueſtis qua membra teguntur,
Nec ſinit accinctos ſoluere zona ſinus.
Hoc opus, iſq; labor blaſphemos punit atroces,
De me, qui domino uerba probroſa ferunt.
Rex mihi pande manum, rigido ſuccurre labori,
Qui potis es furuo membra leuare ſitu.
Viribus effœtum ſi conſpicis ô hominum Rex,
Turbatos agitant anxia corda ſinus.
Sicut ſol teretes impellit candidus umbras,
Ac ueluti quatitur torua locuſta, petor.
Improba laſſarunt tenerum ieiunia corpus,
Mutauit uultus pinguis oliua meos.
Hinc ego mendacis factus ſum fabula uulgi,
Ac leuis Ambroſium pinxit arundo caput.

Miſericordiã dei pro ſe & ſuis tribulatis uocat.

Eia



Eia cui terræ, cui ſumma potentia cœli,
Incipe rex mœſto ferre benignus opem.
Gens ſciat excelſum quæ uentilet aura Tonantẽ,
Quàm grauis empyreo pendeat axe thronus.
Væ dicent illi, tua ſed benedictio ſanctum
Suſtineat, cæcum ponderet ira chaos.
Qui mea detractent diplomata, quiue ruborem
Incutiunt, æger creſcat in ora pudor.
Ad tua uictrices referam donaria laurus,
Sacrificos inter thura cremabo greges.
Si dignas recinam, poſſimq; rependere grates,
Tu mihi præſidio, tu mihi dexter eris.
Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,
Aurea qui uitæ fata perennis habet.

Gratiarum actiones pro impenſo reſurrectionis beneficio.

## ARGVMEN. PSAL. CIX.

*Prophetia Dauidis, in qua oſtenditur quonam pacto Deus pater tradidit homini Chriſto filio ſuo regnum & imperium totius mundi, ſacerdotalem dignitatem inæternum duraturam, iudiciariam inſuper poteſtatem ſuper omnes creaturas ex paſſionis præmio, nec pſalmum putes ipſo de Dauid intelligi.*

## Dixit dominus domino meo.

PRotulit altithrono Deus aurea uerba Tonãti
En mea fœlicem dat tibi dextra locum.

Pſaltes enarrat uerba patris de filio.

*Pater exaltat filiũ in regni ſedem.*

Pro dextris ſedeas, donec tibi ſupplicet hoſtis,
   Suſtineatq; tuos firma ſcabella pedes.

*Poteſtas regni Chriſti.*

Ex Sion uirtus, ab olympo miſſa poteſtas,
   Per medios ibit cruda machæra greges.
Tecum principium, dum creſceret aurea uirtus,
   Luciferi ante iubar tu mihi clarus eras.

*Chriſtus rex & ſacerdos.*

Iurauit dominus, nec uerbi pœnitet illum,
   Stemma coronati Melchiſedechis habes.
Qui ſedet à dextris, crudeles fregit in ira,
   Triuit & infeſtos marte furente duces.

*Chriſtus rex & iudex.*

Rex erit, & iudex uaſtum qui iudicet orbem,
   Captabitq; ſuam quæque ruina domum.
De torrente grauis potauit fonte uiator,
   Hinc Deus auricomum tollet in aſtra caput.

## ARGVMEN. PSAL. CX.

*Opera dei & creationis & redemptionis hic magnificantur, promiſſionesq; dei prædicantur eſſe ueraces et iuſtæ, quæ timẽtibus eũ ſalutiferæ ſunt uſq; cõdonãtur ad ſalutẽ.*

## Confitebor tibi domine.

Quũ ſacra prætulerint iuſti cõmercia dues,
   Diuinum prona mente fatebor opus.

*Magna dei opera ueritas & iudicium.*

Chara Dei bonitas, magni ſunt munera regis,
   Quæ ſua fœlici dexteritate iuuent.
In grauis æternos fulget præſtantia ſoles,
   Iuſtitiæ columen arbiter æquus habet.

Candida



*Eſca timẽtiũ Deum.*

Candida geſtorum rex fortis ſigna reliquit,
   Nectareæ ſaturant ora uenuſta dapes.
Dulcia per ſcriptum durabunt fœdera tempus,
   Plæbis & excultus ſigna notabit honor.
Cœlica gentiles prodit uictoria palmas,
   Stemmata iuſtitiæ regis imago beat.
Sancta palatino ſub iudice ſenſa feruntur,
   Quæ ſibi perpetuos ſunt habitura dies.

*Redemptio.*

Captiuo generi demiſſa eſt charta ſalutis,
   Tum chorus æternæ fœdera pacis habet.
Excelſum nomen, uenerãda ſalutis origo,
   Principium ſophiæ caſtus in ore timor.
Aurea lucicomi declarant pectora ſoles,
   Diaq; perpetuum cantio nomen habet.

## ARGVMEN. PSAL. CXI.

*Probato Dei timore cõmẽdatur & miſericordia hominis erga proximum, hinc promittit Pſaltes præmium, miſericordiam, & eleemoſynam facientibus: impijs uero & crudelibus iræ & furoris terribile iudicium.*

## Beatus vir qui timet dominum.

*Fructus timoris.*

Cui timor æthereus, fœlices ſupputet annos,
   Nam ſubit æternas mens ſtudioſa domos.
Illius amplificum tractabunt ſemina robur,
   Rectorum genimen clarificabit humus.

Ardua

Ardua florentes ornabunt fulcra Smaragdi,
Cui data perpetuæ gloria pacis ineſt.
Triſtibus in tenebris monſtrarunt lampada ſoles,
Ridentes cœlos aſtra decora beant.

Fructus pietatis in proxi/mum.

Qui pius affectos præuenit amore ſodales,
Compoſitum pectus pro ratione dabit.
Aurea perſpicuum uiuet per ſæcula nomen,
Nec proba diſcutiet frigidus ora pauor.
Mens pia ſemper habet ſtabiles in ſydera uultus,
Donec uictricem tollat ab hoſte manum.
Diues & in plæbem loculos cõpleuit inanes,
Munificos memorant tempora longa ſinus.

Crudelis & impius peri/bunt.

O quàm terribiles ueniet peccator ad iras
Sublimi ſpectans iura ſæuera polo.

## ARGVMEN. PSAL. CXII.

Laus Deo ubiq; canitur in cœlo & in terra, qui ſuos mi/rabiliter exaltat.

# Laudate pueri dominum.

AMbroſios cantus memores cantate puelli,
Diuinum nomen Barbita clara ſonent.

Laus & prædicatio dei æternæ.

Sacra panomphæi frondeſcat & ara Tonantis,
Competit æternos uiuida fama dies.
Lucifer occiduum laudabile nomen in axem
Ducat, inexpertum nec ſibi robur ineſt.

Conditor



Conditor excelſas ſuper omnia ſtemmata ſedes,
Cœlorumq; ſuper regna tribunal habet.

Omnipoten/tia Dei. Magnificẽtia & largitas Dei.

Quis uelut omniſator dominus q̃ regnat in aſtris,
Omnia qui ſolo lumine facta uidet?
Hic leuat heroas uili de ſtercore Reges,
Illuſtres inopum de regione uiros.
Magnates inter captent quò paruula ſedem,
Rara uel exangues inter agantur auos.
Qui fœcundat opes ſterili genitricis in aluo,
Turgida flante Deo uiſcera mater habet.

## ARGVMEN. PSAL. CXIII.

Pſalmus iſte ad templi dedicationem adplicatur, in quo Pſaltes intendit agere gratias quod Deus noſtri memor fuerit atq; nobis benedixerit, liberando nos de captiuitate diabolica, & de iugo idolorum per legem Euangelicam, Quæ omnia in figura ſeu hiſtoria liberationis ex Aegy/pto contigiſſe ſcriptura docet.

# In exitu Iſraël de Aegypto.

Hiſtoria liberationis ex Aegypto.

QVum manus Aegypti, quum barbara turba reuinctos,
Solueret ac flagrans è Pharaone iugum.
Tunc domus Iſraël, uirides Iudæa triumphos
Panxit, ad optatos turma reducta lares.

Stupẽda dei miracula.

Vt uidit, ſubito tulit æquoris unda receſſum,
Iordaniſq; ſuos traxit ab amne gradus.

Exiliunt

Exiliunt montes, gaudent in paſcua tauri,
Lanigeros ſequitur pinguis & herba greges.
Quid ſibi pōtus habet, q̃ fugerit? et q̃d aquoſos
In uada Iordanis clauſerit arcta ſinus?
Cornigeras quid oues, q̃d ĩhoſpita rura ſequũtur,
Lætanturq; hilari iugera alta pede?
Pendulus hic iacuit, dum cerneret alta uiator,
Terrarumq; uagi conticuere ſinus.
Vox grauis obſtupuit magno propenſa labore,
Flumina dum latices concaua ſaxa darent.
Gloria ſoli Deo
Gloria non nobis, ſacra laus debetur olympo,
Qui ſibi geſtorum clara trophæa refert.
Hoc fecit bonitas pietatis imagine factum,
Ne dicant gentes, dormit in aſtra Tonans.
Deus omniũ creator.
Veſter in aſtra Deus uigili dormitat ocello,
Quod uoluit uerbo mens ſacra finxit opus.
Argenti ſpeciem ſimulachra putauit, & aurum,
Stemmata lacteolæ quæ fabricare manus.
Cris habent rictus, nec uerba loquentur in illis,
Viſus ineſt oculis ſed minus ardor erit.
Idola numinis expertia dij non ſunt.
Sũt & in arte manus, nec quid palpabile ducẽt,
Qui neq; proſilient, ſunt & in axe pedes.
Talia qui fabricant, uel ineſſe potentia credũt,
Fas eſt, ut figulo perſimiletur opus.
Deus adiutor et protector confidẽtiũ.
At domus Iſraël domino confiſa Tonanti
Protinus æthereo numine plena fuit.
Ex Aaron altus ſpes ſanctas legit olympus.
Spes quoq; ad optatas uenit aprica domos.
Qui



Qui ſuperas ſedes, dominũq; uerentur, adorãtq;,
Auxiliatrices porrigit æthra manus.
Aſtra fluunt nobis, cœleſtes prendimus auras,
Pulchra ſerenatum dextra notauit iter.
Iſraëlitas in proſpera fata maniplos,
Vis fortes Aaron auxiliaris habet.
Timẽtibus deum cuncta proſpere cadunt.
Turba puſilla, ſenes qui pectus in ardua ponunt,
Munera conſpicuæ dexteritatis habent.
Inclyta dexteritas, accreſcant pignora gentis,
Stirps quoq; fœlices clara ſequatur auos.
Cui cœlum, cui terra ſubeſt bene dixit in æuum,
Quod ſibi ſtellifera ſcripſit in arce genus.
Circumſpecta micans ceſſit prudentia cœlum
Empyreo regi, terrigenis & humum.
Non te mortales, non te laudabit auernus,
Cum fera deſpectos uiderit ira greges.
Viuentes ideo per tempora longa Tonantem,
Te dulcem roſeo pangimus ore Deum.

## ARGVMEN. PSAL. CXIIII.

*Verba Adæ uel hominis myſtici Chriſtum inuocantis, ut ueniat in carnem ad ipſum liberandum, animam ſuam excitando ad pœnitentiam, fidem, & ad gratiarum actiones p̃ſoluendas, unde liberatus ex mortis & inferorum horrore gratias agit liberatori, dicens.*

Dilexi

## Dilexi quoniam.

Dilexi, gratos propter q; in æthera uultus,
Munus & amplificũ pro ratiõe dabo.
Arrexit patulas mœſtis ſermonibus aures,
Quem proclamo ſacra relligione Tonans.
Dolores mortis. En me fatiferi punxerunt mortis agones,
Infera pœnalis duxit ad antra labor.
Me dolor inuenit, mordax anguſtia fletum
Confecit, ſanctus corda ligauit amor.
Querela mẽtis adflictæ. Educ ſollicitam ſæuo de carcere mentem,
Mirificæ nomen qui pietatis habes.
Paruula cuſtodis, quæ ſunt innoxia culpæ,
Supplicuit domino libera facta quies.
Hũc ades ò mea mens placidum ſubitura ſoporẽ,
Cõfeſſio liberationis per Chriſti aduentum. Cui paradiſiaco proſtat in orbe locus.
Incipe fatales lachrymis cædentibus iras
Temnere, diſſoluit cæca ruina pedes.
Dum tua uiuentes tollunt faſtigia cœtus,
Chara panomphæo uirgo placere potes.

ARGVMEN. PSAL. CXV.

Oratio hominis myſtici per Chriſtum redempti qua ſuæ redemptionis beneficiũ explicat, qui et cũ tantis pro beneficijs quid dignum reddat, addubitet, occurrit calix paſſionis Chriſti qui deo patri in rei ſatiſſactionem offertur.

Credidi



## Credidi propter quod locutus ſũ.

Cõfeſſio fidẽ ſequitur.

Credidit alma fides, propter quod ſancta locutus.
Et mea ſunt humili membra ſepulta loco.
Dixit in exceſſus mea mens correpta uidentes,
Omnis homo mendax, cor nigra fallit humus.
Silicet almiſonas ſuperis abſoluere grates,
Quid ſacroſancti muneris impar agam?
Calix ſalutis. Fœcundum calicem blandæ captabo ſalutis,
Numen & in cœlis auxiliare petam.
Vota dabo ſuperis, populos ad munera teſtes
Clamabo, ſanctos præſtat in aſtra mori.
Canit munere affectus. O ego ſeruiles tractans uelut improbus annos,
Filius ancillæ ſemen inerme feror.
Vincula ſoluiſti, quæ nuper uinctus habebam,
Inde tibi fœlix hoſtia laudis ineſt.
Vota dabo ſuperis, cunctas ad munera gentes
Teſtor, Hieruſalem tu mihi teſtis eris.

ARGVMEN. PSAL. CXVI.

Hortatur Pſaltes totum populum gentilem ad laudandum Deũ & ad cultum unius Dei, pro beneficijs receptis in abſolutione promiſſionis factæ quondam Abrahæ, & alijs patribus ex aduentu Chriſti Meſſyæ.

Laudate

## Laudate dominum omnes gẽtes.

MAgnificas ſupero laudes pſolue Tonã[ti]
Terra, Deũ gentes præuenerẽtur, amẽ[n].
En ſtabilita ſalus, conſcripta redemptio plæbem
Surrigit, æternum ſole datura diem.

### ARGVM. PSAL. CXVII.

*Inuitat Pſaltes omnes fidelium cœtus, ad laudandum Deũ, pro beneficio redemptionis humanæ per Chriſtum habitæ; introducitq; populum gentilem petentem recipi in gremiũ eccleſiæ cum de iudaiſmo conuerſis, ut ex utroq; populo ſi[]at unus, uno lapide angulari connexus.*

## Confitemini domino quoniã bo.

POntiſiã domino ſympſalmata pangite uates,
Nam uenit à ſummo candida rege ſalus.
Dicat & Iſraël manus inclyta, ſumma triumpho, — *Cõmendatur dei miſericordia.*
Nam uenit à ſummo candida rege ſalus.
Tu domus illuſtres Aaron diſpone choræas,
Nam uenit à ſummo candida rege ſalus.
Qui ſuperos, qui ſacra timẽt, uenerẽtur olympũ,
Mittitur à magno candida rege ſalus.
Ad cœli dominum grauibus mens anxia curis — *Fiducia in Deum.*
Clamauit, domino dextera dona tulit.
Quid mihi ſæuus aget? nulla formidine tangor,
Cum Deus omnipotẽs dux mihi dexter ineſt.





Dux mihi dexter ineſt, quid deniq; fata timebo?
Lædere nil ſanctum res inimica poteſt.
Præſtat in æthereis ſpes certas figere rebus, — *Fiducia humana & timor, uanitas.*
Quàm ſua terreſtri ſubdere colla uiro.
Vtilius magno ſua mittere uota Tonanti,
Quàm quos ſummates terra coronet auos.
Et me barbaricæ uoluerunt perdere gentes,
At nihil artifices præualuere manus.
Fallaces in me poſuerunt retia nerui,
Cæca ſed arma iacent uindice ſtrata manu. — *Fiducia bona uincit.*
Sicut apes in me iaciunt fera ſaxa tyranni,
At grauis audito numine turba fugit.
Sæpius ut ruerem fallax ueſtigia cleptes
Torſit, amara leuis ſed ſcidit arma furor.
A ſuperis mea laus, robuſta potentia cœlo
Effluit, à ſummo chara Tonante ſalus.
Tinnula compoſitas currit uox pacis ad ædes,
Hic peragunt hilares agmina feſta choros.
Dia lacertoſum ſolidauit dextera robur,
Extulit & fortem firma columna uirum.
Quò celebres domini poſſim memorare triumphos
Dixerunt nuſquàm me nigra fata mori.
Eloquar? omnipotens & me correxit Olympus,
Attamen ardentes nil nocuere rogi.
Pandite, iuſtitiæ ſtabiles mihi tollite portas, — *Vox populi Gentilis ad Apoſtolos legis euãgelicæ precones.*
Vt ſacer ingrediar dexteritatis humum.
Quippe fatebor eum, ueniam qui miſit ab alto,
Nam mihi perblando fluxit ab ore ſalus.

Lapis Chriſtus duos parietes ſcilicet Iudæos & gẽtiles in unam cõiunxit Eccleſiam.

En lapis erigitur trabibus compactus acernis,
Sæpius artifices quem reprobare uiri.
Orbibus in noſtris patuit mirabile ſignum,
Quod cernunt oculi gratia ſtruxit opus.
Hæc eſt feſta dies ſummo luſtrata Tonante,
In qua dux hilares cantet auena modos.

Reſpõdet cœtus Apoſtolorum ad fidem conuerſis.

Tu Deus incolumem reddas, quem perdidit hoſtis,
Qui uenit à ſancto nomine, ſanctus erit.
Pandimus illuſtres nitido ſub ſole coronas,
Florida ſolemnes perſonet ara choros.
In condenſa domus ſacri memorentur honores,
Florida ſolemnes perſonet ara choros.
Quare age ſumme Tonãs q̃ geſſeris arma ſalutis
Teq́; ducem faſſus, teq́; fatebor herum.
Magnificas igitur domino nunc pangite laudes,
Fluxit ab immenſo candida Rege ſalus.

## ARGVMEN. PSAL. CXVIII.

Hic Pſalmus cæteris prolixior, 22 octonariis per alphabeticas Hebræorum literas conſignatis nec profundo quidem ſine latentis energiæ myſterio canitur, atq; ut examuſſim res ipſa concipi queat, cuiuſlibet literæ interpretatio in ſuo capite, abſq; tamen Pſalmi ſectione, apponitur. Summa autem totius materiæ Pſalmi hæc eſt. Introducit Pſaltes Deum, aut quempiam Angelum Adæ, uel myſtico homini legem proponentem, qui eandem ouanter acceptat. Ideoq; tã quam peregrinus cum Deo loquitur ſemper ſpiritualia petendo.





## א Aleph interpretatur diſciplina.

Ea ſiquidem diſciplina ſtat in beatitudine quam peregrinus Adam aut quiuis homo per fidem in Deum adquirit conſideratione legis diuinæ per humanum intellectum fœliciter auſpicata.

## Beati immaculati in via.

Deus aut angelus.

FOelices uiuunt ſceleris quos nulla remordet
Spina, ſed innocuos dirigit ora pedes.
Cœlica fœlices celebrant oracula myſtæ,
Ardentiq́; micat corde petita ſalus.
Non ea peccantes norunt arcana Poëtæ,
His neq; protritum ſemita fecit iter.

Cõſideratio legis diuinæ per humanũ intellectum.

Peruigil an ſanctæ ſacra res cuſtodia legis,
Lex quoq; mandatis imperioſa ſubeſt.
O utinam fœlix perflet mea carbaſa uentus,
Ingrediar ſanctæ proſperitatis humum.
Aurea ſi ſpectem legum monimenta tuarum,
Non mea uelifragum diruet oſſa mare.
En tibi cunctipotens ſupplex mea corda dicabo,
Id cœlo didici tradere mentis opus.
Iuſtitiæ cuſtos, legis ſeruator, amicum
Vſq; ſacroſanctæ relligionis habes.

## ב Beth, id eſt, domus.

*In quam quidem domum ubi adoleſcens ac peregrinus deue nerit per commendatam ſuperiorem diſciplinam emendari petit a Deo.*

*Quis ſapit impubes? uel moribus inſtruit annos?*
*Pectora diuinus ſermo uenuſta facit.*
*En mea uenifluus captauit dogmata ſanguis,*
*Obſerua ſenſum qui tibi charus ineſt.*
*Hoc habet arcanū mea mens, ne peccet olympo,*
*Quod uis ſyncæra pro ratione capi.*
*Omniſator uegetas flagranti pectore uires,*
*Da mihi iuſtitiæ pignora ſacra tuæ.*
*Quid tua mandarunt commiſſa, fidelibus armis*
*Suſtinui, ſophiæ pars mihi nota tuæ.*
*Cum tua pergraditur ueſtigia ſpiritus, omneis*
*Diuitias orbis delitioſus habet.*
*Ars mea, uis, robur, ſtudium, ſeruire Tonanti,*
*Et quos impreſsit ſollicitare gradus.*
*Exhinc quòd ſanctos faciant tua numina dues,*
*Haud cadit à memori res ueneranda loco.*

## ג Gimel, id eſt, plenitudo.

*Non abs re titulus iſte ſequitur apponiturue, quia ubi pere grinus noſter per diſciplinam emendatur, gratiam amiſſam repetit, & ab opprobriis hoſtium liberari comprecatur.*

*Sermones ſeruare tuos adſcribe clienti,*
*Rex Deus amiſſas reddito mentis opes.*

Pelle



*Pelle ſoporiferum tumidis uelamen ocellis,*
*Vt ſaſcam tereti quantus in orbe manes.*
*Sim licet æthereis peregrinus, & exul ab oris,*
*Non tamen abſcondas quid tua iuſſa uelint.*
*Exarſit mea mens tua ſcire arcana, domosq́;,*
*Et quibus obtegitur lex pretioſa locis.*
*Conſcidit elatas proſtrata ſuperbia mentes,*
*Qui tua declinant iura perire iubes.*
*Pelle quod exprobrāt Leleges paradigma ſuperbi,*
*En tua cœlipotens dux monimenta ſequor.*
*Horrida fatales mouerunt bella tyranni,*
*At me dexteritas relligionis habet.*
*Humanos luſtrant diuina poëmata ſenſus,*
*Conſulit & pietas cœlica iura feram.*

## ד Daleth, id eſt, timor, natiuitas.

*Agnoſcens delictum petit doceri, iuſtificari, & teneri ne ſuccumbat infidelitati.*

*Hæſit terrenis interna potentia rebus,*
*Vitalem fragilis ſentiat aura manum:*
*Nota mei greſsus tibi ſæmita, ſigna doceto,*
*Queis paradiſiacam mens queat ire domum.*
*Imbue præceptis animum, quò diſcere poſsim*
*Iuſtitiæ partes, ac probitatis opus.*
*Triſtia punxerunt ſegnes faſtigia ſomnos,*
*Rex tua ſuppoſitum dextera uerſet onus.*
*Scandat inæqualem ſpirans tua gratia curſum,*
*Præcipitis quæſo Rex miſerere domus.*

 Scis

*Scis mea quàm ueros habeant oracula teſtes,*
*Iudicis examen alta ſub ora ſedet.*
*Dum ueri ſpecimen, quia ſum tua iura ſecutus,*
*Sint procul à ueteri candida membra chao.*
*Ad tua feſtiuus Pſaltes mandata uolabo,*
*Poſt ubi pro tenebris fulſerit alma dies.*

## ה He, ſignat, eſt, vel viuo.

*Perfectio hominis, in lege & obſeruatione dei mãdatorũ conſiſtit, ſine quibus homo uiuere non creditur.*

*Da mihi ſumme Tonans legum monimenta tuarũ*
*Vt canat argutum docta cicuta melos.*
*Pande phraſim Sophiæ, quò leges ſcruter Olympi*
*Quas ego ſyncæra nil temerabo fide.*
*Da mihi configam per quæ ueſtigia greſſum,*
*Percurrant ſtabiles robora terſa gradus.*
*Quò te complectar, colluſtres mentis acumen,*
*Ne me terrenis curſibus atra ligent.*
*Vanas orbis opes, contemnant lumina faſtus,*
*Da mihi cœleſtem pro ratione modum.*
*Eloquar, & peragam quæ diua uoce locutus,*
*Si mea ſyncærus punxerit oſſa timor.*
*Cur grauis ingenuum conflixit pœna pudorem,*
*Exhilarent triſtem pignora ſacra uirum.*
*Eſt mihi pro uoto niueis certare ſub armis,*
*Si Deus omnipotens uiuida ſigna geras.*

Vau



## ו Vau, id eſt, ipſe.

*Salus & redemptio noſtra in Chriſto, ipſe nempe eſt qui ſaluum fecit populum ſuum a peccatis eorum, ac per ipſum mortui uiuificantur.*

*Militiæ notum deſcribat charta clientem,*
*Ad tua promiſſus munera certat amor.*
*Id dabo reſponſum conuitia rauca ſonanti,*
*Deuotos nexus aſtra Tonantis habent.*
*Ne ſacer à labris ſermo pellatur eodem*
*Viuo, ſpeſq́; mea eſt dexteritate frui.*
*Aurea ſceptrigeræ ſeruabo fœdera legis,*
*Semper & in calido pectore munus erit.*
*Quòd tua ſyncæro fuerim mandata ſecutus*
*Corde, ferax latum ſemita monſtrat iter.*
*Si loquar ad Reges, non uerba ſeuera timebo,*
*Dum mea diuinus labra ſerenet amor.*
*Turbida ſi perflent, pactum meditabor, Olympo*
*Iungar, & Ambroſiũ ſubteget umbra caput.*
*Aureus extendam faciles in ſydera dextras,*
*Sollicitusq́; graui ſtabit in arce labor.*

## ז Zain, id eſt, huc, uel duc te.

*Promiſſiones Dei ſpes humana precatur in aduerſis, quaſi dicat ac perſuadeat errantibus talia, O peccatores currite, adeſte, hæc eſt ara ueniæ.*

*Eſto memor uerbi, quod grata uoce locutus,*
*Vnde trahit feſtum ſpes animoſa diem.*
*Dum mea ſollicitum quateret fortuna pudorẽ,*
*Marmoream fato præbuit illa manum.*

 Terri

Terribiles iactat damnoſa ſuperbia faſtus,
Nec tamen à priſca relligione uaco.
Aurea dum memini blandæ paradoxa ſalutis,
Suaue mihi reſonant perſona ſiſtra melos.
Prohdolor infauſti ſubeunt mea corda dolores,
Infœlix uaſto dum furit orbe malum.
Dum uagus, extorris, cum mitterer exul in orbē,
Tunc Deus inſigni laude canendus eras.
In tenebris, in nocte tuum ſpectabile numen
Fulſit, & æternam lex penetrauit humum.
Lex mihi facta domus, tua lex comitatur euntem,
Pars ea quam quæro, lex radioſa ſubeſt.

## ח Cheth, id eſt, pauor.

*Faciem domini uidere optat qui mandatis eſt obſecutus, unde additur pauor qui ex timore bono ac filiali procedit.*

Legibus æternis mea mens parere Tonanti,
Patritium uideor ſeruus amare ducem.
Ante pios uultus facies aurata reſedit,
Tu miſerere ſacro cui data corde fides.
Poſt ubi compactos greſſus ad inania uidi,
Conuerti teneros ad patris aſtra pedes.
Intrepidum pugilem (grauibus qui certet in armis)
(Quiue tui peragat dogmata iuſſus) habes.
En mea contorti cinxerunt uiſcera funes,
Nec procul à ſancto me malus error agit.
Intempeſta graues rupere ſilentia ſomnos,
Quò tibi uota pius ſomniculoſa darem.

Sacrificos



Sacrificos inter numeror dare carmina Vates,
Si bene promerui cœlica uerba loqui.
Virtutis ſciolum doceat prudentia, cuius
Sub dulci reſidet gratia rara melo.

## ט Teth, id eſt, bonū, vel excluſio.

*Gratias agit de humiliatione & patientia quibus ad iuſtitiam peruenit, ut qui bonum complexus fuerit malorū excluſionem fateatur:*

Subſtulit infamem facilis clementia ſeruum,
Promiſſumq; dato tempore munus habet.
Trade iubar ſophiæ, mores mihi pande benignos,
Dogma tuum Pſaltes ingenioſus agam.
Quinetiam multo peccarem crimine, quàm res
Procliui rueret dilacerata modo.
Aurea tranquillæ cum ſis bonitatis imago,
Cultas innocuæ da mihi pacis opes.
Quin precor infrænis ſuſpēdas murmura linguæ,
Donec magnificum pectore ſcruter opus.
Vel chalybi duro, uel ſaxis corda minantur,
Durities animos imperioſa premit.
Vtile quippe bonum, q; ſors uelut improba uultus
Torſerit, ut tua Rex integra iura ſciam.
Dia coruſcanti mihi lex precioſior auro,
Gratius argento munus in ore ſonat.

## י Iod, id eſt, ſcientia, vel principiū.

*Dona gratiarum à Deo procedere fatetur ex ſcientia uel principio quod eſt ipſe deus.*

Ecce plaſis tua ſum, tu primus origine plaſtes,
Fontibus irriguis ſparge creator humum.

In tu

In tua dũ ualeam iunctos ſpectare ſodales
Vincla, triumphales ſpes agat alta choros.
Poſt ubi me luteo ſtratum ſub puluere noui,
Iuſtitiæ probitas præfuit æqua polo.
Confectum lachrymis pietas deduxit ad arcem,
Ad fidei columen diruta membra uolant.
Si fractus conſurgat amor rediuiuus, olympo
Adſcriptus medicæ iura fatebor opis.
In me dira truces iactarunt bella tyranni,
Si pereant, tua Rex impiger arma ſequar.
Ad mea præſtantes uertantur ſigna manipli,
Qui norunt diuæ iura ſuprema domus.
Ne mihi crudeles manibus dominentur iniquis,
Inuiolata tuis legibus ora foue.

## כ Caph, incuruatus lõga militia.

Non ex infirmitate ſed fortitudine deſyderij aduentum li/ berationis peroptat per Chriſtũ uiuorum præmiatorem ac mortuorum uindicem.

Continuit mea mens domini ſperare ſalutem,
At ſuper eloquium fertur apertus amor.
Vſq; graues lachrymas oculi tenuere procaces,
Quorſum lenta ſalus? flebile pectus ait.
Sum uelut aluus iners borealibus uſta pruinis,
Nec minus hoc didici legis obire iugum.
Dic mihi fatales ſtatim compleueris annos?
Iudicium quando uideris hoſte capi?
Candida neſcio qui tractare poëmata Vates,

Illuſtri



Illuſtri nec ſunt illa notata fide.
O tua uiuaci memorantur ſcita lepore,
Si canis occurrat, Rex pius affer opem.
Exactior toto ut qui non ſim notus in orbe,
Nil minus ardenti pectore iuſſa fero.
Extinctos cineres cœleſtis flamma caleſcat
Me cantore tuum nomen in aſtra uolet.

## ל Lamed, id eſt, cor ſeruitutis.

Verbo domini ſubſiſtunt omnia ſiue cœleſtia ſiue terreſtria, & ideo ei tanquam opifici ſeu maximo creatori obediunt omnia.

Inclyta ſyderëi depingunt grammata ciues,
Scilicet æternum pro duce numen habes.
Et tua centuplex ſequitur generatio cœlum,
Pneumate quippe tuo firma quieſcit humus.
Quottidiè primos repetit ſol flammifer ortus,
Singula prudenti ſunt data iura uice.
Ni tua lex animos, uires ac membra leuaſſet,
In chaos horriſonum pectora uerſa forent.
Quare non ullo fuerint mortalia caſu
Dona, per immenſos præmoritura dies.
Si tuus ergo ſuum retegat ſacra dextra clientẽ,
Quid quæram toto pectore, totus habes.
Triſtis ut emorerer, tulit horrida pila tyrannis,
Sed tuus accinxit uiuida corda timor.
Cognoui ſuperos, & quis foret exitus, amplum
Diuinæ ſpecimen pars rationis habet.

Mem

## מ Mem, id eſt, viſcera, vel dilectio.

*Gratias agit pro munere intellectus legis, acſi dicat, quia mādata tua intellexerim, ideo te ex totis uiſceribus, ex tota mente diligo.*

*Vſqueadeò bone Rex tua ſum mandata ſecutus,*
*Quò mihi per longos res erit alma dies.*
*Hoc mihi ſorte datum, prudentia uinceret hoſtes,*
*Illud olympiaca munus ab arce traho.*
*Hæc ſuper illuſtres ſapui documenta magiſtros,*
*Nam mea ſydereus pectora fouit amor.*
*Tum ſuper antiquos fixi ueſtigia greſſus,*
*Cur meus empyreo fulſit in axe labor.*
*Quò mea præceptis mentem ſculptura notaret,*
*Protinus infauſto traxit ab orbe pedem.*
*Sic ſacroſanctæ mens paret ſubdita legi,*
*Non terit obliquam pes phaleratus humum.*
*Dulcia quàm raucis oracula faucibus inſunt?*
*Melliflaum labijs numen adeſſe puto.*
*Hunc mihi præcipuum tulerint mandata timorem,*
*Hac ſteriles odi relligione uias.*

## נ Nun, id eſt, paſcua eorum.

*Quaſi dicat, Sine lege et uerbo domini, omnia ſunt obſcura & erronea, quare petit ſecundum legem euangelicam in bonis operibus uiuere.*

*Greſſibus illa meis accendunt uerba micorem,*
*Quò nequeam teneros dilacerare pedes.*
*Iuraui, ſtatuiq; fidem ſeruare ſupernis*
*Legibus, inſcriptum cœlica fœdus habent.*

Marcida



*Marcida uitales ſpoliauit inertia ſenſus,*
*Deprecor ætherea reſtituantur ope.*
*Hæc uolo, quæ tibi dem, tibi ſint rata uota precamur*
*Intrepidus quid agam per tua ſcita iube.*
*Mens mea præ manibus uario reuolubilis aſtu,*
*Edoceas quorſum progrediatur iter.*
*Peſtifer infames laqueos mihi contulit hoſtis,*
*Vt malus erraret iuſſa tenere labor.*
*Iure quidem patrio tua quæro potentia regna,*
*Hinc feſtiua calens gaudia pectus habet.*
*Vt tua deuoto facerem mandata pudore,*
*Inſtudui, merces me copioſa trahit.*

## ס Samech, audi, vel firmamentū.

*Cōtra hæreticos petit auxilium atq; de uictoria corū dem gratias agit quod Chriſto duce uictor euaſerit.*

*Peccantes odijs mea mens percuſſit iniquos,*
*Dilexiq; grauem legis habere modum.*
*Charus es adiutor, ſub pondere uoluis adactum,*
*Spero quidem nec ſpes deſidioſa fuit.*
*Ite manus ſcelerum, ſontes procul ite tyranni,*
*Peruigil hinc ſcruter grande Tonantis opus.*
*Fœdera promiſſæ fidei compacta requiro,*
*Non aliò traxit ſpes radioſa pedem.*
*Si pius adfueris, mortis damnabo periclum,*
*Gratus & acceptæ rem meditabor opis.*
*Indomitos ſenſus lex cœlica torquet, inanes*
*Atq; ſceleſtorum monſtrat ineſſe uias.*

Infandos

*Infandos ſœlerum cultores, eſſe putaui*
*Aduerſos ſuperis, quotquot in orbe forent.*
*Vſq; meas carnes diuino fige timori,*
*Me cæt impatiens iudicis ira, tremo.*

## ע Ain, id eſt, oculus, vel fons.

*Confirmari petit in Dei gratia, ne falſis errorum doctrinis ſupplãtetur, idcirco oculũ Dei implorat, q̃ uiſos arceat hoſtes, aut fontem ſalientis aquæ comprecatur, ne bellici inſultũs ardore mens peruratur.*

*Iudicium fcã, rectaſq; notauit amußis*
*Iuſtitiæ partes, ne data præda uorer.*
*Suſcipe currentem tua per ueſtigia ſeruum,*
*Ne ruat hoſtili candida morte ſalus.*
*Cerne fatigatos qui ſpectent numina uultus,*
*Corripuit laſſum pectus inermis amor.*
*Da miſero ueniam, ne ſpreueris oro clientem,*
*Edoctum iubeas perfidatur iter.*
*Sic ego ſim legum præcox aſſecla tuarum,*
*Ingenium præſtes quò tua iura ſciam.*
*Tempus ineſt quo lex manibus lacerata prophanis,*
*Prodeat in rutilans imperioſa decus.*
*Haud mihi tam fœlix Topazius, aut micat aurum*
*Quàm qui ſub legis ſtemmate fulgor ineſt.*
*Quin age corde probo tua ſum mãdata ſecutus,*
*Nec uolui ſanctas commaculare manus.*

Pe



## פ Pe, id eſt, errauit.

*Condolet his qui errando calumniantur cæcutientes, atq; ignorantes dominica præcepta, quinimo iuſtos conuitiis afficiant.*

*Alta poteſtatis diuinæ ſigna feruntur,*
*Flectitur ingenij pars, ut & illa probet.*
*Lucidus interpres diuinum ſyrma reſoluit,*
*Cœleſtis ſophiæ paruula munus habent.*
*Tinnula contractæ mox ſpiritus organa uocis*
*Prodidit, ut caneret flatilis aura melos.*
*Clemens atq; ſacer uultus oſtende ſerenos,*
*Blanda ſacroſancti ſigna timoris habe.*
*Dirigat ille tuus mea ſic ueſtigia ſermo,*
*Vt nihil iniuſtum ſub grauitate feram.*
*Turpia mordacis tollas conuitia linguæ,*
*Vt memorent dulces libera corda ſonos.*
*Inſignis uultus tua me colluſtret imago,*
*Da mihi ſacrata relligione frui.*
*Ardẽtes lachrymas triſtis plorauit ocellus,*
*Quòd legum cuſtos deſidioſus eram.*

## צ Zadic, qui eſt purus in oĩbus.

*Ex affectu legis ultionem petit contra Hypocritas fimbriatos ore tenus euangelium habentes.*

*Terris æqua ſalus, æqua eſt clementia cœlo,*
*Iudiciumq; potẽs arbiter æquus habet.*
*Tetrica iuſtitiæ tua ſunt oracula partes,*
*Iuſtus es, à claro ſydere nomen agis.*

Mollia

*Mollia flagranti refluunt præcordia zelo,*
*Quòd graue peſſundet gens inimica bonum.*
*Ardens eloquium, diuina potentia uerbi,*
*Pſalmicines faciunt dent mea ſiſtra modos.*
*Sim uelut imprudens puerili quaſſus honore,*
*Non minus æthereas teſtificabor opes.*
*Methodon æternis an quiſquam legibus inſert?*
*Semper erit ueri, iuſtitiæq; manus.*
*Quāmuis mēbra terant anguſtia, mœror, Erinnys,*
*Mens tamen oppleta eſt relligionis ope.*
*Legibus æternis arcanum ſatur ineſſe*
*Numen, id ut ſapiam da mihi quæſo caput.*

## ק Coph, id eſt, cōcluſio, vel aſpice.

*Poſt errorem accepta conſolatione concluſus aſperius clamat ad deum tanquam ad extremum refugium, benignum patrem & pium conſolatorem.*

*Hæc meus inſonuit feriens cœleſtia clamor,*
*Audi, facq; Tonans ſydera pura legam.*
*Hæc meus inſonuit feriens cœleſtia clamor,*
*Fac Deus agnoſcam, quæ tibi ſacra placent.*
*Præuenit mollis ueteres oratio curſus,*
*Nec mihi uana fides, ſpes uelut alma fuit.*
*Ad te ſol oriens faciles reſerauit ocellos,*
*Vt matutino ſanctus in orbe fores.*
*Accipe clamoſos præſtans clementia partus,*
*Extinctumq; leues in radioſa caput.*

Qui



*Qui me circundant odijs, qui probra loquuntur,*
*Et quibus impietas, deſpuit æqua ſalus.*
*Tu mihi ſic præſens, formoſum pandis amorem,*
*Falſa nec infœlix retia ponit humus.*
*Aeternis leges ſub finibus eſſe creatas*
*Noui, perpetuis rebus & author ines.*

## ר Reſch, id eſt, caput, primatus.

*Apertum Dei implorat ſubſidium contra pacis inimicos, & ueritatis ſimulatores hypocriſim præ ſe ferentes.*

*Reſpicias humilem præſtans clementia caſum,*
*Eripe quem legis ſors radioſa tulit.*
*Da mihi iudicium, captiuum ſolue clientem,*
*Ad lucis charitas ſemiſepulta uoces.*
*Tarda ſalus miſeros proſtrauit, noxa feroces,*
*Sudantes armis deſtituere polum.*
*At bonitatis opes ingens cumulauit aceruus,*
*Quas ego fœlici dexteritate precor.*
*Scilicet innumero circundatus hoſte, tyrannos*
*Pello, nec inuictum barbara pugna tenet.*
*Criminis authores ſcelerum monimenta uidebam,*
*Tum mea terrificus uenit ad exta pauor.*
*Aurea uincenti dones ſic præmia dextræ,*
*Aeternum chari pignus amantis habes.*
*Principium ueræ tua ſunt affamina uocis,*
*Immortalis honos, & bonitatis apex.*

## ש Sin, id eſt, ſuper vulnus.

*Gratas dicit ſibi perſecutiones quibus tanquā emplaſtris uulnera peccatorum curantur.*

o Magnates

*Magnates ab re tractarunt arma tyranni,*
*Horridus impreſſit uiſcera fluxa timor.*
*Collætabar ego, quaterent dum uiſcera bellum,*
*Hæc uelut hoſtis opes, exuuiæq; forent.*
*Legifer errantes grandi ratione fugabam,*
*Quò me donares relligione frui.*
*Hinc tibi ſeptemplex oratio fertur in horas,*
*Iuſtitiæ partes pro quibus ara tenet.*
*Candida pax ſequitur tua rex mandata, miniſtros*
*Vſq; triumphales ſcandala rauca negant.*
*Dum mihi feſtiuos facerent tua dogmata riſus,*
*Ipſe ſalutaris grande morabar opus.*
*Cœlica peruigiles ſeruant inſignia ſenſus,*
*Nec mihi lex tanto lumine uana ſubeſt.*
*Traditur arcano ſic res inſignis amori,*
*Vultibus ora tuis quando diſerta placent.*

## ת Tau, id eſt, errauit, cõſũmauit.

*Petit ut ſapiat ne per humanam ſcientiam uaneſcat, aut ne tentationibus aduerſariorum ſuccumbat animus.*

*Comis olympiferum ſermo referatur ad axem,*
*Da Deus ingenua me (rogo) pace frui.*
*Mens mea ſydereas quæſo gradiatur ad arces,*
*Spiritibus claris compar in aſtra uolet.*
*Hymniſonos (dum me laxaueris) æthera uerſus*
*Audiet, hinc decades tinnula ſiſtra ferent.*
*Apoſtrophe.* *Quale ſonabis opus, quales mea lingua triũphos?*
*Ambroſium præſtet dum tibi uena melos?*
*Sic*



*Sic tua ſplendenti me dextera portet olympo,*
*Nam tuus elegit, quod ſacer ore iubes.*
*Haud ſatis admiror, quæ ſit ſacra legis imago,*
*Quando ſalutari pro ratione trahor.*
*Viuet in æternum mea mens tibi pſaltria tempus,*
*Dũ bonus ac clemens, dũ mihi dexter ades.*
*Sicut ouis, fateor multos erraſſe per annos,* *Errãtẽ retrahit humilitas*
*Ne pereat, fœlix protege paſtor ouem.*
*Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,*
*Aurea qui uitæ fata perennis habet.*

## ARGVMEN. PSAL. CXIX.

*Pſalmus hic & quatuordecim ſequentes dicuntur graduũ pſalmi, per quos mens fidelis ad cælum aſcendere gliſcit. Primus gradus eſt terrena deſpicere, & cæleſtibus inhærere, unde in præſenti pſalmo introducitur Adam ſeu homo myſticus, qui primo fuit tribulatus & deceptus lingua doloſa diaboli ſcilicet, & poſtea per linguam doloſam aliorum inſidelium in itinere huius uitæ, a qua petit fidelis anima per aſcenſũ huius primi gradus liberari, dũ ait,*

## Ad dominum cum tribularer.

*Primus gradus.*

*Quũ mea pallentes turbarent ſabbata curæ*
*Perpius orantem duxit ad aſtra timor.*
*Rex bone cuſtodi, labijs ne frangar iniquis,*
*Suſpenſumq; uibret lingua doloſa pedem.*

 *Linguæ*

Comminatio ad linguã doloſam.

Lingua doloſa putas rigidi ſtipendia morſus,
Aut ſcelus apponi quod tibi pœna neget?
Præcipites in te laxabunt alta ſagittas,
Liuida conflagrans atteret exta rogus.

Adflictio pij ſpũs.

Exul ero ſemper peregrinus, & incola Cedar,
Si dederis laribus corda carere ſuis.
Inter diſcordes pacatum munus habebam,
Quando loquebar, atrox hoſtis amicus erat.

## ARGVMEN. PSAL. CXX.

*Pſalmus ſecundi gradus eſt ſubleuatio a terrenis curis, & eleuatio mentis in Deum petendo auxiliũ a Deo per cuſtodiam angelorum.*

## Leuaui oculos meos in montes.

*Secundus gradus.*

Verba fidei ſub ſpe.

AD tetricos uerti radiantia lumina montes,
Vnde ſalus ueniet, certus & author opis.
Intulit auxilium placidi clementia uultus,
Vnde poli ac terræ machina longa ſubeſt.

Securitas aſcendentis.

Illic ſiſte gradum, nec mens mouearis ab hoſte,
Nam uigiles oculos excubitoris habes.
Excubat & nuſquam dormit cuſtodia gentis,
Cui datur Iſraël pace fouenda domus.
Te tenet arx domini, dominus cuſtodia, & ipſam
Tutius obſeruat (quàm tua dextra) manum.

Haud



Haud tua ſub ſolis uultu feruebit imago,
Auricomum nec aget pallida luna caput.

Cuſtodia dei manus.

Te manus omnipotẽs ſæuo cuſtodit ab hoſte,
Conſeruent animam cœlica dona, roges.
Cœlica dona roges aditus captare beatos,
Finis & infenſum zona coronet opus.

## ARGVMEN. PSAL. CXXI.

*Pſalmus tertij gradus in cœlum aſcendentium eſt gaudium de bonis ſpiritualibus promiſſis, relinquendo terrena & deteſtãdo peccata, unde ſub typo ciuitatis Hieruſalem (ubi erat templum quo ter aſcendebant tribus domini ſiue Iudæi feſtiuo gaudio ſingulis annis) mutuam ſanctorum charitatem deſcribit.*

## Lætatus ſum in his.

*Tertius gradus.*

Rõ lætitiæ.

HIs ego lætus agor, qa ſunt reſpõſa precãti,
In paradiſiacos ibis ab orbe lares.
Ad tua noſtrates uenerunt limina plantæ,
Pacis Hieruſalem uiſio dicta domus.

Laudes Hieruſalẽ, id eſt, triumphãtis eccleſiæ.

Vrbs ſacroſanctos hæc ponit in atria ciues,
Florida lætitiæ dat ſacer arua locus.
Ad ſacra diuini ueniunt oracula uates,
Hic colitur ſimplex, omniſatorq; Deus.
Illic ueridicum ſedes habuere tribunal,
Illic Dauid erant iura ſuprema domus.

 Queſo

Ad iudices exhortatio ut pacē in ſuis iudicijs faciāt

Quæſo rogate uiri precioſa metalla quietæ
Pacis, amore ſacro pacis abundet apex.
Aurea ſydereo ueniat pax miſſa Tonante,
Suſtineant fortes fulcra ſuperba manus.
Hæc propter charos habui myſteria fratres,
De te pacis opus quæq; loquebar erant.
Addidit hæc animo pietas, hinc factus Aruſpex,
Regis ut ætherei ſplendida tecta forent.

## ARGVMEN. PSAL. CXXII.

*Pſalmus quarti gradus contemplationis & aſcenſus in cœlum, eſt eleuatio mentis in ipſum, ubi fœlicitatis cumulus, ubi perpetua mētis quies, ubi gaudij pleni iugis delectatio, quæ eſt diuinæ eſſentiæ fruitio. perſiſtunt.*

## Ad te leuaui oculos meos.

### Quartus gradus.

Vox tribulati animi ad Deum.

AD tua mens uigiles pallatia tendit ocellos,
Cui ſacer empyreo fulget in orbe locus.
Vt molles oculi manibus dominantis inhærent,
Donec agas ueniam, lumina noſtra tenes.

Precatio miſericordiæ contra inſultantes.

Tende manum facilē, miſeros neu ſperne cliētes,
Morbida contortum ne liget ora ſcelus.
Anxia nunc animæ caſſes penetralia mordent,
Opprobrium dites, turpe ſuperba ferunt.

Argum.



## ARGVMEN. PSAL. CXXIII.

*In hoc quinto gradu aſcenſor & iuſtus agit Deo gratias, quod ipſum eripuerit a deſpectione facta per ſuperbos, opprobrium, & infamiam procaciter infligentes, quaſi innuat pſalmus ſine Dei ſubſidio in tentationibus periculum mortis & inferorum neminem euadere poſſe.*

## Niſi quia dominus erat in nobis.

### Quintus gradus.

NIſi Deus à ſūmo clemēs ſpectaſſet olympo
Quid foret Iſraël? qd foret ægra manus?
Fulgida cum ruerent homines in caſtra ſuperbi,
Glutiſſet tremulum parca ſeuera gregem.
Cum furor armipotēs in nos aſſurgeret, & nos
Forſan in effrænes præcipitaſſet aquas.
Noſtra per obliquum torrentem anima cucurrit,
Tranaſſetq; graues forſan aduncæ ſinus.

Alludit Pſaltes ad ueterē ægyptiorum plagā & populi iudaici liberationem

Regis ametur apex, fœlix ueneretur olympus,
Qui nos uulnifico non tulit enſe mori.
Mens uelut argutus diſſoluit uincula paſſer,
Quem mox uenatrix perculit ære manus.
Inſignis laqueus uiridentia membra reſoluit,
Vitales ſacro carpimus ore uias.
Tellurem fructu, qui ſculpſit imagine cœlum,
Præſens auxilium maximus author habet.

## ARGVMEN. PSAL. CXXIIII.

*Sextus gradus aſcendentium in cœlum eſt uera confidentia & ſecuritas, quia ciuitas illa eſt inexpugnabilis uirtutis, nam montes, id eſt, angeli ſunt in circuitu eius.*

# Qui confidunt in domino.

*Sextus gradus.*

*Inexpugnabilis fidei in Deũ potẽtia.*

*Quorum ſpes Deus eſt, audax fortuna iuuabit,*
*His æterna quies, pacis & alta domus.*
*Altiſoni uallant Solymorum pergama montes,*
*In gyrumq; ſalit proſper ubiq; Deus.*
*Non ſcelerum gladijs iuſtorum fata perenni,*
*Sorte uibrare datum, ne grauis erret humus.*
*His benefac ſancto qui te comitantur amore,*
*Et quos fœlices uita beata notet.*
*Ad barathri pœnas authores criminis effer,*
*Da Deus Iſraël, da mihi pace frui.*

## ARGVMEN. PSAL. CXXV.

*Septimus gradus eſt gaudiũ de acceptis beneficijs poſt conuerſionẽ, ſumpta ſimilitudine a populo Iudaico Letante in reditu et reuerſiõe captiuitatis Babylonicæ, ubi Vates deſcribit gaudium militantis eccleſiæ, ex eo quod a iugo ueteris peccati p Chriſtum liberati fuimus.*





# In conuertendo, dominus.

*Septimus gradus.*

*Dum Solymæ gẽtis teretes laxãtur habenæ*
*Solantur triſtes pro ratione uiri.*
*Dulcia cordatum cinxerunt gaudia pectus,*
*Mentis delitias ora uenuſta bibunt.*
*Barbaricas inter portabunt diſticha gentes,* *Publica liberationis declamatio.*
*Magnificum ſtruxit dextra Tonantis opus.*
*Has ueniæ partes bonitas diuina coẽgit,*
*Inde ſales roſeo mentis ab ore fluunt.*
*Vt maris undãtes fremitus quatit imbricus auſter,*
*Sic Deus infeſtas ſoluet ab hoſte manus.*
*Qui grauibus flentes lachrymis ſua ſemina ſpargunt,* *Semẽ eſt uerbũ dei, quod laborioſã ſeminationem iuuat & ſeminantem.*
*Fletibus abiectis ſemina ſparſa metẽt.*
*Permœſtos queruli planctus comitantur euntes,*
*Triſtia & infœlix ſemina ſorbet humus.*
*Inde reuertentes uenient cum munere grati,*
*Quiq; pios faſces in ſacra tecta ferent.*

## ARGVMEN. PSAL. CXXVI.

*Titulus huius pſalmi ſeu octaui gradus attribuitur uero Solomoni, id eſt, Chriſto. Vbi admonentur Iudæi ne ex inte gro ſpẽ ſuam reponant in terreſtri, ſed illa ſpirituali Hieruſalẽ, id eſt, eccleſia quam Chriſtus ædificauit terreſtrẽ atq; cœleſtẽ, in qua ciues illius hic per fidẽ & gratiam, & illic per gloriam ſunt triumphaturi: ut ſit ſumma, dominus noſter Ieſus Chriſtus ædificat, ſine quo operante interius fruſtra laborant prædicatores foris loquẽtes, quaſi nihil proprijs uiribus noſtraq; induſtria, ſed uirtute ac prouidẽtia Dei omnia faciamus.*

## Niſi dominus ædificauerit domū.

Octau⸗s gradus.

NI domus æthereo fuerit conſtructa labore
Res uacat, artifi:is nec ſtat in arce manus
Fortia diuinus ni ſeruet mœnia cuſtos,
Fruſtra terrigenæ ſollicitantur opes.
Vanus quippe labos aſſurgere ſolis ad ortum,
Quàm floreſcat honos, antè quieſcat humus.
Cum ſe præſtiterit natis, ſomnumq́; ſalubrem
Intulerit, merces aurea uenter erit.
En celebres pueri, ueluti cum dextra potentis
Laxat in umbroſum ſtridula tela nemus.
Pectus inauratum radiet ſi talibus armis,
Non pugilem feriet lingua triſulca uirum.
Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,
Aurea qui uitæ fata perennis habet.

### ARGVMEN. PSAL. CXXVII.

Nonus gradus eſt timor filialis ſiue obedientia, quæ conſiſtit cōformando propriam uoluntatem diuinæ uolūtati eiuſq́; legi ac præceptis.

## Beati omnes qui timent dominū.

Nonus gradus beatitudinis.

Gratia Deum timentium.

QVos timor æthereus gratos fœliciter ābit,
Dixero ſyncæra proſperitate capi.
Florigeros



Florigeros comedes (quos ſeuit dextera) fructus
Vnde beatus, erunt omnia fauſta nimis.
Pendula uitis erit, frondes quæ iactet opacas, Benedictiões uernātis ec⸗cleſiæ in fru⸗ctu & propa⸗gatiōe filiorū
Vxor in eximia dux ſpecioſa domo.
Tum dulces nati ſpecimen uernantis oliuæ,
Ad menſæ cubitus pontificalis agunt.
Sic mortalis homo celebri paſcetur honore,
Qui timet æthereum purus amore ducem.
Vt tua fœlices uideas poſt tempora campos,
Pacifera det opem mollis ab arce manus.
Conſpicias ſtabiles natorum pignora natos,
Ac ſuper Iſraël fœdera pacis agi.

### ARGVMEN. PSAL. CXXVIII.

Decimus gradus eſt patientia longa in perſecutione, ideo Pſaltes hunc pſalmum confert pro decimo gradu templi, in quo memorat lōgam eccleſiæ patientiam in longis perſecutionibus ab Abel uidelicet uſq́; ad Chriſtū, & a Chriſto uſq́; ad iudicium uenturi ſæculi.

## Sæpe expugnauerunt me.

Decimus gradus.

DIcat Hieruſalem, dicat primæua iuuentus, Grārū actiones fidelis populi q ab aduerſarijs opugnatus, a gratia dei nō exciderit.
Bella mihi rabidus mouit acerba dolor.
Cruda mihi ſontes ſtrinxerunt arma tyranni,
Bellorumq́; manus gnaua iuuenta tulit.
Supra mentis onus fabricarunt tela nephandi,
Ac ſibi perlongus fluxit in oſſa furor.
Ceruices

*Vindicta de inimicis.*

*Ceruices quare dominus contundat iniquas,*
*Diſpereant, odijs qui iuga pacis agunt.*
*Hi fœno ſimiles fiant, quod ſegniter antè*
*Aruit in ſicca quàm legeretur humo.*
*Ex quo nil curuus dextras implebit arator,*
*Fœniſecos fugiet talis ariſta ſinus.*
*Iugera non tritus bene dixerit iſta uiator,*
*Candida nec miſeram dextra notabit humum.*

## ARGVM. PSAL. CXXIX.

*Vndecimus gradus huius aſcenſus in Deum eſt, profunda oratio, firma & pſeuerans confidentia ueniæ de peccatis: unde hic introducitur Adam, homo myſticus per Chriſti aduentum petens redemptionem ſibi fieri, pariter a carcere, & a peccati iugo liberari.*

# De profundis clamaui ad te do.

### *Vndecimus gradus.*

*Captatio beniuolentiæ a miſeria perſonæ.*

*EN mea clamarũt regionibus ora profundis,*
*Exauditurus regis ad aſtra feror.*
*Arrige curuatas laceris clamoribus aures,*
*Percipe ſupplicuas (te Deus oro) preces.*
*Si ſcelerum noxas luſtraueris ò hominum rex,*
*Prohdolor in pœnis quis modus eſſe poteſt?*
*Fœlix, atq; potens in te clementia uultus,*
*Dulcis ineſt bonitas, nec pius errat amor.*
*Hæc propter legem tenuit mandata, ſupremum*
*Spes ſitibunda boni conſuluitq; ducem.*

*Auroræ*



*Securus de dei miſericordia alios exhortatur ad illam.*

*Auroræ primos ſpes nuntiet alma decores,*
*Præcipitiq; micans occidat illa polo.*
*Ingens quippe bonum domibus nanciſcimur altis,*
*Plena ſalus illic, & copioſa quies.*
*Illic plena ſalus, fulgens bonitatis Aſylum,*
*Sol rutilans illic, lætitiæq; domus.*

## ARGVMEN. PSAL. CXXX.

*Duodecimus gradus, profunda humilitas, unde hic Pſaltes ipſius humilitatis ſtatum deſcribens ait, domine ut apud te exaltaretur mens mea, hic eam humiliaui.*

# Domine non eſt exaltatum.

### *Duodecimus gradus*

*Iſta eſt uera animi manſuetudo.*

*NOn ego ſublimes habui ſup aſtra receſſus,*
*Nec ſuper exultas corda ferũtur opes.*
*En quis pompales humilem captaſſe triumphos,*
*Aut ultra ſuperos me putat iſſe lares?*
*Si non prætulerim fragiles in pectore formas,*
*At leuis ambroſium mouerit ora caput.*
*Sicut lactis inops, uel matris ab ubere pulſus,*
*Exhauſto peream ſanguis honore miſer.*
*Pax ſuper Iſraël, ubi ſpes illuſtris abundat,*
*Exnunc perpetuum gens habitura decus.*

*Timẽtes deũ non deſerit Deus.*

## ARGVMEN. PSAL. CXXXI.

*Tertiuſdecimus*

*Tertiuſdecimus gradus aſcēdentis in Deum profunda deuotio, unde Dauid hic explicat quantus erga diuinum cultum amor eſſe debeat, trahitq; argumentum ſuper promiſſione facta ipſi Dauid de Meſſya futuro, & de perpetuitate regni ipſius.*

## Memento domine Dauid.

### Decimuſtertius gradus.

*Orō adflicti*

*Meritū promiſſionis de Meſſya futuro in Dauidis genere.*

*Cerne ſator rerum mœſtos Dauidis Agones*
*Aſpice rixoſo quid miſer hoſte tulit.*
*Scis Iacob domino, quod uotum uouerit auſpex,*
*Tradita quæ fuerit mollis in aſtra fides.*
*Non ego ſacra domus fortis delubra ſubibo?*
*Quando dabunt ſtabilem dulcia ſtrata locū?*
*Non mea præmolles captabunt lumina ſomnos?*
*Quando palpebris creſcat amica quies?*
*Temporibus ſi quando meis donare ſoporem,*
*Si liceat ſummo templa dicare duci?*
*Pacis in Ephratha ſuſcepimus arma quietæ,*
*In campis ſyluæ, ſit ſacer unde locus.*
*Exhinc marmoreas exhinc ueniemus ad ædes,*
*Regis ubi ſteterint numina, pectus ineſt.*

*Petitionis cō ſummatio de rege Meſſya.*

*Irriguum captes mea gloria prende ſoporem,*
*Vnde monarchalis ſanctificatur apex.*
*Regia Pſalmidnes geſtent ſegmenta miniſtri,*
*Hymnidicumq; ſonet docta caterua melos.*
*Nil mutes uultus propter Dauida ſerenos,*
*Aetherco rutilet regis ab axe decor.*

*Summe*



*Promiſſio Dauid ſub iureiurādo & ſtabili fœdere.*

*Summe tuo Dauid fœdus ſociale notabis,*
*De uentris fructu germen habere tui?*
*Cœlica ſi dociles ſeruent myſteria nati,*
*Seſſuros iuras ſedis in alta duces.*
*Gentibus æternas præſtabunt aurea ſedes*
*Tempora, perpetuo Sion amore capis.*

*Eccleſiæ hic dexteritas ſub typo regni Dauid.*

*Sion honore leuas, nec amor ſoluetur in æuum,*
*Quæ Deus elegit pergama, Sion habet.*
*Illic ſyderei requies immenſa Tonantis,*
*Hancq; Panomphæus rex ſtabiliuit humum.*
*Dexter item dominus uiduo benedicet amori,*
*Eſurientēq; ferax exaturabit adeps.*
*Indue ſpirantes obrizo flaminas auro,*
*Pſalmidneſq; chori leſbia plectra ſonent.*
*Illuc producam Ieſſæi cornua Dauid,*
*Hæc ſuberit regi clara lucerna meo.*
*Gens inimica meo pereat confuſa clienti,*
*Floreat & noſtro claſſis amica gregi.*

### ARGVMEN. PSAL. CXXXII.

*Titulus decimiquarti graduum pſalmi eſt charitas proximi mutua, unde recte deſcribitur hic fructus & delectatiōes charitatis quæ eſt inter proximos in unū ad laudem Dei congregatos.*

## Ecce quàm bonum.

### Decimuſquartus gradus.

*Charitas mēbrorum Chriſti.*

*Quàm fœlix unà germanos uiuere fratres*
*Fertile quàm pinguis creſcat amore bonū.*

Tanquam

Cōparatiōes fraternæ charitatis a ſimili.

Tanquā balſamicos unguen quod ſpirat odores,
Quos Aaron uatis roſida barba fluit.
Deniq; qui chlamydis pendentes uergit in oras
Ros uelut hermonius qui iuga Sion habet.
Hic ubi pax animi, requies tranquilla, beatos
Efficit, & longa proſperitate duces.
Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,
Aurea qui uitæ fata perennis habet.

ARGVMEN. PSAL. CXXXIII.

*Vltimus gradus aſcendētis eſt laus diuina, ſeu gratiarum actio, quam quis conſummata peregrinatione uel poſt aſcēſum difficilem & arduum impendere debet. Gerit itaque præſens Pſalmus typum propheticæ perſuaſionis, ut ne quid a Deo ſine gratiarum actione ſuſcipiamus.*

## Ecce nunc benedicite dominum.

Vltimus fœlicitatis gradus.

Gratiarū actio pro beneficiorū acceptione.

HYmnidici Vates uirides qui ſtatis ad aras,
Flaua panomphæo ponite thura duci.
Carmina doctiloqui nunc pangant aurea myſtæ,
Nam decet æthercam barbitos alta domum.
Turbidus ingruerit ſi noctis in atria clamor,
Tollite ſupplicuas regis ad aſtra manus.

Benedictio.

Qui cœlum, terramq; bonus ſignauit Aruſpex,
Ex Sion ſtabili uos bene dicat ope.

Argumen.



ARGVM. PSAL. CXXXIIII.

*In re præſenti Pſaltes inuitat omnes in tēplo perſiſtentes ad laudem dei propter ipſius omnipotentiam, quum ſolus omnipotens & uerus deus ſit: demonſtrat inſuper omnia idola eſſe deteſtanda, eo ꝙ dij non ſint, ut gentium fallax & dæmonica ſimulauit ſuperſtitio.*

## Laudate nomen domini.

NVmina ſacrifiá memorate ſuperba clientes
Ducite blandiſona carmina dia cheli.
Vos qui turicremis ſuccenditis ignibus aras,
Qui colitis ſacræ fulcra coruſca domus.
Laudibus inſignes domini narrate triumphos,
Pangite flexilibus nomina feſta tubis.
Gens Iacob præchara Deo, poſseſſa Tonante,
Vendicat Iſraël dexteritatis apex.
Noſcitur æterni robuſta potentia Regis
In cunctis ſtabilem rebus habere thronum.

Fides fatetur mirabilia Dei uanos ac gentiles deos reſpuit.

Quid Deus in terris uoluit, fabricauit in orbe,
In ſinibus pelagi, quicquid Olympus habet.
Imbriferas refugo nubes hic complicat arcu,
In pluuiæ guttas fulgur inane trahit.
Cui theſaurus ineſt uentos ſpirare loquaces,
Qui phariæ necauit pignora prima domus.
Prodigiis, ſigniſq; cohors Aegyptia nouit
Cælicolas motos in Pharaonis opes.
Innumeras gentes trucibus glomerauit in armis,

p Belligeros

Belligeros pulſo ſtrauit honore duces.
Vicit Amorrhæos, Regem Sæona, ſuperbum
Og, durum Bazan, Chananeosq; patres.
Has nouus Iſraël terras poſſedit, & hæres
Dulas ab effracta concio gente fuit.
Semper honos, nomenq; tuum, forteſq; triumphi
Enſe ſub audaci fortiter acta manent.
Te Deus omnipotens paßim uenerabitur orbis,
Tu populi rector, quin age cenſor eris.
Idola gentiũ non dij potẽtes. Quid ſibi gentiles ſtatuæ? quid uendicat aurum?
Quid uetus argenti maſſa uigoris habet?
Idolorũ deſcriptio. Pingitur os ingens, oculi finguntur, & aures,
Viſus, in hisq; minus uerba puſilla ſonant.
Tendũtur patulæ (nec in his uox funditur) aures,
Vocaleſq; modos non furor intus agit.
Hinc cæco pariles geſtent in corde figuras,
Conflagrant ueteres qui ſimulachra Deos.
Exhortatio in laudes domini. Nunc domus Iſraël æterno plaude Tonanti,
Ex Aaron dius ſurgat honore lepos.
Vos quoq; Leuitæ palmas extendite in altum,
Ad ſacra diuinos commemorate ſales.
Sæptriger ille Tonãs Solyma qui regnat in arce,
Ex Sion noſtram Rex benedicat humum.

ARGVM. PSAL. CXXXV.

Pſalmus iſte ſecundum Hebraicam editionem intercalaris, id eſt, diuinæ laudis repetitorius habetur, eoq; Pſaltes ad ipſius dei depromendam bonitatem & miſericordiam omnes gẽtes inuitat, Inſuper hic commemorantur triumphi, innumerabileſq; uictoriæ, quas olim fidelis populus Hebræus ſcilicet deo duce ſuper hoſtibus obtinuerit. Quas ob res æterna dei miſericordia prædicatur, ne unquam ſub hac re deſperemus.



# Confitemini domino quoniam.

PAngite Pſalmiades arcana poëmata myſtæ,
Venit ab æterno candida Rege ſalus.
Alta penetrales ſuperarunt numina diuos,
Venit ab æterno candida Rege ſalus.
Cui ſuper auricomos datur alta potentia Reges,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Iudda Rex ſolus miracula finxit in orbem,
Venit ab æterno candida Rege ſalus.
Qui teretes cœlos animis ſpirantibus implet,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Qui ſuper illimes tellurem ſuſtinet undas,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Maxima qui toti depinxit lumina mundo,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Solem, quiq; die colluſtrat lampade terras,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Lunam, qui ſtellas per opaca ſilentia noctem
Finxerit, altithrono plaude caterua duci.
Cum primogenijs Pharios percußit atroces,
Venit ab æterno candida Rege ſalus.

Qui deus Iſraël medio deduxit ab hoſte,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Qui ſoluit populum manibus, brachioq; potenti,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Qui mare concreto tenuit ſub gurgite rubrum,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Tranarent ſicco qui contulit æquora curſu,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Qui Pharaonis opes rubrum diſcußit in æquor,
Plaudite, ſydereo fluxit ab orbe ſalus.
Qui ſolymos cœtus per inhoſpita regna reduxit,
Plaudite, ſydereo fluxit ab orbe ſalus.
Perdidit heroas qui Regis marte ſuperbos,
Plaudite, ſydereo fluxit ab orbe ſalus.
Fregit Amorrhæos, Regem Sæona ferocem,
Plaudite, ſydereo fluxit ab orbe ſalus.
Og, Regem Bazan qui duro marte cecidit,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Qui uoluit ueteres coleret nouus incola terras,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Omnipotens cuius firmauit dextra cohortes,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Bella terens crudo qui nos diſtraxit ab hoſte,
Plaudite, ſydereo uenit ab orbe ſalus.
Pinguia fœcundæ donauit pabula carni,
Plaudite, ſydereo fluxit ab orbe ſalus.
Sedibus altithronis ſacros pangamus honores,
Fulget ab æterno candida Rege ſalus.

Magnatum



Magnatum domino ſoluamus uota Tonanti,
Fulget ab immenſo candida Rege ſalus.
Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,
Aurea qui uitæ fata perennis habet.

ARGVMEN. PSAL. CXXXVI.

*Vatis prophetia ſuper deuaſtatione tẽpli, & ciuitatis Hieruſalem, in qua more tragico aut elego, id eſt, flebili carmine Iudæorum chorus in Babylonia captiuus miſeriam et infœlicitatẽ ſuam deflet, dum præteritæ fœlicitatis, proſperitatis templi, & cultus diuini recordatur. Tandem petendo ultionem de ſuis afflictoribus mala eis prædicit.*

## Super flumina Babylonis.

INclyta dum memini deſertæ pergama Sion, *Captiuitas Babylonica.*
Me rapit infœlix ſub Babylone labor.
Fluminis ad ſalices ſuſpendimus organa uocum,
Labilis hic blandum perdidit unda melos.
Ah qui captiuos iſtuc traxere prophani,
Pangere nos dulci cantica uoce rogant.
Cantica dic rogant, qui nos duxere tyranni,
Dicite quid Sion carminis ara colit? *Illuſio Babyloniorum.*
Heu quid in externis cantabunt organa terris? *Apoſtrophat chorus fidelis ad Hieruſalẽ indignoſq; ſignat Babyloni os cantionis patriæ.*
Cantio gentiles deſpuit alma Deos.
Si meminiſſe tui Solymarum gloria deſim,
Deſerat imbellem lacTea dextra uirum.
Si meminiſſe tui deſim, mea lingua palato
Hæreat, & flatus diſtrat aura ſuos.

 Rumpis

Rumpis Hieruſalem teneri penetralia cordis,
Lætitiæ qu tiens gaudia prima refers.

*Edom ſeu Idumæi impedimento fuere reædificantibus Hieruſalem cõiuncti Babylonijs, q Deo cædente profligati ceciderunt, uide librũ Iudith.*

In Solymas gentes memora, quod turbidus Edom
Duxerit infauſtæ ſeditionis onus.
Plebs inimica uiros adduxit in arma furentes,
Sternite ad extremas mœnia lata baſes.
Infœlix Babylon, miſero fortuna pudori
Sucurris? lapſumq; erigis alta gregem?
Qui tibi crudeles ſtrepitus in fata parabunt,
Fœlices tulerim, qui tibi damna ferent.

ARGVM. PSAL. CXXXVII.

*Poſtquam defleuit Pſaltes humani generis captiuitatem ſub typo Babylonicæ ſeruitutis, in hoc pſalmo agit gratias myſticus homo pro beneficio redemptionis per mortem Chriſti habitæ, tum quod omnes Reges ad fidem uenerint, cum etiam quod plerią; inimici fidei, in ultionem eccleſiæ fuerint grauiter puniti.*

## Confitebor tibi domine.

*Cõmẽdatio beneficiorum Dei.*

LAudibus altiſonis cithara dictante potentẽ
(Qui mihi Rex fueris) clarificabo Deum.
Angelia uultus adſint dum ſacra parabo
Cum dederim caſtas in tua phana preces.
Lumen in egregia pietatis imagine tractum,
Laudis & in ſancto nomine thura feram.
In



In quacunq; die pia mens ſacra templa ſubibit,
Cœlica uis aderit, creſcet in ora fides.

*Miſericordia & gratia ſemper deum inuocantibus.*

Ad tua purpurei uenient pallatia cœtus,
Quæ tibi conſurgent aurea dona, dabunt.
Cantabunt claras de ſacro principe laudes
Maieſtas & honor, iubila uocis erunt.
Arbiter excelſa ſublimis proſpicit arce,
Quid cœli facies, quid rudis ambit humus.
Irruerem pugnax & ſi moriturus in agmen,
Horrida ſanguineæ parceret ira neci.

*Fulcimentum in fidei radice*

Non mihi deficient ſolido ſub pondere uires,
Inceptum peraget dextra Tonantis opus.

ARGVM. PSAL. CXXXVIII.

*Oratio Chriſti ad Deum patrem, in qua præmium petit pro labore & merito paſſionis, reſurrectionisq; ac innocẽtia uitæ: quare pſalmus nobis deſcribit diuinam prouidẽtiam erga nos, indicans quod nos noſtraq; ſunt in manu dei, & quod ſanctos idem Deus mirabiliter glorificat & multiplicat, præterea quod impij peribunt qui hãc fidem Dei erga nos & prouidentiæ non habent.*

## Domine probaſti me.

*Prouidentia dei ſup humanis actibus.*

NOuit ab excelſo mea gloria ſigna Tonãte
Nouit apud ſuperos quantus amore forẽ.
Exhinc quid mea mens longinquũ ſpirat in axẽ?
Quò retrahã tumidos (ſcit grauis ara) ſinus.

 Nouerũt

Nouerunt cœli rectos in opuſcula greſſus,
Quis foret in uitæ nobilitate modus.
Quæ noua, quæ ueteri fuerint concepta labore,
Dicerís æterna rector habere manu.
Ex me clarus honos, de me ſodalis apud te
Præſtat amor, ſophiæ grandis abyſſus ineſt.
Nouit omnia Deus quem nullum latet ſecretum.
Quorſum progrediar, me ducit ſpiritus illuc,
Quicquid agam, claro lumine certus habes,
Aurea (magnus ades) ſi uiſero ſydera cœli,
Aut ſubeam ſtygias (crederis eſſe) domos.
Præpetibus pennis dum capto per æquora curſum,
Littoream proſper dat mihi uentus humum.
Quis mihi tam faciles condonat in aëra uentos?
Hos mihi dat Zephyros dulcis in alta Deus.
Forſitan hæc dixi, tenebris uelabor opacis,
Delitias retegis lucis amica dies.
Nulla ſub obſcuris nox ſurgit opaca tenebris
Sicut in arcana candida nocte dies.
Me tua ſuſcepit bonitas genitoris ab aluo,
Cordis & occultum tu Deus omen habes.
Ad tua templa feram placidæ Pſalteria uocis,
Victrices lauros Rex tua ſceptra decent.
An quod in arcanis facies diuina coëgit,
Syderibus claris numen abeſſe poteſt?
Quicquid iners facio uigiles rimantur ocelli,
Formanturq; dies, ſcribit & acta liber.
Amici dei triumphales.
Aetherei ciues portant in ſigna triumphos,
Gloripetas acuunt clara trophæa duces.
Dinum



Dinumerabo gregem multo ſplendore coruſcum,
En ego ſum tecum, membra ſepulta leuo.
Fulminatio ſententiæ contra impios.
Si Deus errantes turpi iugulaueris unco,
Cedite ſanguineæ (turba ſceleſta) manus.
Cedite qui uacuas pictum ſuper æthera ſedes,
Numinis & uacuas eſſe putatis opes.
Non ego letiferum crudelis, & aſper in hoſtē?
Diſplicet horrendum gens inimica ſcelus.
Illos crede mihi flagranti corde trucido,
Tum mihi fatales dantur in arma uiri.
Experiare uelim, tentatum ſi modo pectus
Inuenias lacerum, aurita? corda roges.
Oro, uide quali gradiar pede, dirige curſum,
Si caua decliuis greſſus in antra uolet.
Quaſi dicat, uelim probes quantum uita mea ab impiorum actibus diſtet.

ARGVM. PSAL. CXXXIX.

Hic Vates introducit Chriſtum liberari petentem a ſuis crucifixoribus, petendo ultionem de ipſis, aut in perſona ipſius conqueritur eccleſia petens a uiris ſanguinum liberari, qui fideles ſuos a uia dei nituntur abducere, fidem extinguere, & ut ſerpentes uenefica calliditate conſumere.

## Eripe me domine ab homine.

RIxoſum tacitis agnoſcere fraudibus hoſtem,
Da mihi fallacem uincere poſſe uirum.
En uertere

En uertere dolos pugnaci in pectore, dirum
Certamen, rabido uirus ab ore fluit.

Impioru͂ odia & blaſphe/mitæ co͂tra iuſtum.

Infrænes acuunt linguas de more colubri,
Mollibus in labris pulla uenena latent.
Argue carniuoros, ne iudice damner atroci,
Inſontemq́; uirum frangat iniquus homo.
Supplantare gradus, & qui ſubuertere tentant,
In pedibus laqueos ſuppoſuere mali.
In laqueum tortos funes ſtrinxere latentem,
Quò mea morderet lubricus oſſa lapis.

Deus pro iuſtis certat ad/flictiſq; do/nat miſericordiam.

Chara Deo uoui, meus eſt defenſor olympus,
Has ago Rex tacitas per tua phana preces.
Dum ferus irrueret, qui nos diſperderet hoſtis,
Vmbra tui uultus ærea parma fuit.
Quare age neu tradas humiles ſuccumbere uotis,
Ne ſuper impingat gens inimica ſcelus.
Prima mali ſpecies, demensq́; furoris imago,
Inuidus unde labor, lingua proterua fuit.

Impiorum caſus infœlix.

Hos ſuper horri..cum iactabis ab æthere fulmen
Strata nec exurgent triſtibus oſſa rogis.
Vixerit in uaſto linguoſus frugifer orbe,
Si ſcelus inuiſum fata ſiniſtra legant?
Quàm graue iudicium facies aſſeſſor olympi,
Dum tibi pars inopum iure fouenda fluet?
Iure quidem ſtabili ſecedet ad ima nephandus,
Quippe bonis dabitur lampadis arce frui.

Argumen



## ARGVMENT. PSAL. CXL.

Introducitur hic Chri..us loquens deo patri pro tota eccleſia, & membris eius orando, & quia in ſuperiori Pſalmo contra linguas uenenatas precatus eſt: hic uero pro ſua lingua precatur ut in omnibus ſeruetur Deo ut pure deum inuocet, non loquatur ſicut impij, non excuſet peccata ſicut hypocritæ, hæc quoq; lingua orat contra capita, ſeu prin..ipes ſeductionis. ut pereant qui perire uolunt dei ueritate͂.

# Domine clamaui ad te.

SI (Deus omnipotens) uocalis ad æthera clamor
Venerit, auditum ſub prece carmen habe.
Ignifer ut ſcandit ſtellata palatia fumus,
Sic mea ſacrifico ueſpere thura uolent.
Quæſo uagi crepitans oris compone labellum,
Ne ſubeat mordax ora puſilla ſcælus.
Non ita cæcatis animis in uerba feramur,
Quò miſer excuſet uel probet error opus.
Haud ego peccantes, nec ab his commercia quero,
Mens neq; laudatos uult habitare ſinus.

Et ſi deus peccatores nouit tame͂ illos no͂ adprobat.

Corripiat iuſtus uel me grauis arguat index,
Non tamen inpinguet mollis oliua caput.
Vox mea nil laribus ſedeat modo grata prophanis,
Ne mihi tartareus concilietur amor.
At mihi da placidas ualidis ſermonibus aures,
Vt noua ſuppreſſo uomere ſurgat humus.

Mortis

Mortis ad infernas traxerunt feſſa tyranni
Membra domos, animæ dux pietatis ades.
Quæ ſtatuere manus feralia uincla ſuperbæ,
Rumpe, ſacroſanctæ da mihi pacis opes.
Decidat in laqueos quales inimicus adegit,
Singula res ego ſum, donec in alta ferar.

ARGVMEN. PSAL. CXLI.

Oratio Chriſti ad Deum patrem in qua conqueritur acerbe de ſuis afflictoribus Iudæis petēs ab eis p̄ reſurrectionē liberari. Hicq; docemur Chriſti exemplo, cum ſciamus nos in anguſtijs poſitos, ne omnino de Dei miſericordia deſperemus, ſed ad eum qui de nobis ſolicitam gerit curam recurramus.

## Voce mea ad dominum.

Orat adflictus.

AD dominum uoces ad ſydera corda reduxi,
Sedibus empyreis mentis adhæſit apex.
Tinnula uox illic celebres famulatur ad aras,
Ad domini uultus pectoris ægra fero.
Cum tamen irruerēt laſſo ſub corpore uires
Dura mei greſſus dextra notauit iter.

Grauis adflictio.

Quò gradiebar eò ſub limite retia tortus
Condidit, ut fluerent in necis antra pedes.
Protinus ad dextram molles ferebantur ocelli,
Si qua foret pietas, ut mihi notus amor.
Turba fluunt à me, non eſt qui ſpectet amator
Vel legat internas demoriēs opes.

Ad te



Solus Deus adiutor.

Ad te ſuſpirans mea ſpes, dixi, meus es tu,
O Deus, ò mea ſpes, cui ſacra uiuit humus.
Ergo datis precibus lachrymas ſpectato fluentes,
Dum nimis abiectum cernis ad ima caput.
Ex his qui dulcis tractant funebria uitæ,
Educas animam, robur ab hoſte trahas.
Carceris horrentes tenebras expelle cauati,
Vt liber fatear quas mihi fundis opes.

ARGVMEN. PSAL. CXLII.

Hoc in pſalmo Adam uel homo myſticus loquitur deflens caſum ſuum petitq; per Chriſtum liberari ab infirmitatibus et potiſſimum a peccati nexibus quos incurrit poſt primum peccatum & ab omnibus malis ex contagione ipſius primæ culpæ contractis, demum petit ultionem de diabolo perſuaſore tantorum quoq; malorum authore.

## Domine exaudi orationem meā.

Fortis precatio in præſentaneo dānationis periculo

SI legis inſomnes Deus alta mente querelas,
Te ſacer exoro fer pietatis opem.
Iudicium linquas animæ, ſi crimina ſerues,
Nullus apud ſuperos iuſtificatus erit.
Exuuias uitæ iam peſtifer abſtulit hoſtis,
Languida ſpectantur miſera morte capi.
Spiritus obſcuræ (ueluti qui mortua ſæclo
Extrahat, aut turbet corda) locatur humi.

Aut

Excogitatio liberationis.

Aut memor antiquæ fuerim bonitatis, & altum
Quod manus effinxit præmeditabar opus.
Ad tua plaudentes tendebam ſydera palmas,
Hoc humore carens quo mihi uita ſubeſt.
Ocyus ô bone Rex triſtes audito querelas,
Vitalis roſeo dum focus igne caret.
Si faciem uertas, turpes qui mortis ad umbras
Tendit, ero ſimilis, uel ſubit antra lacus.
Cum mea ſpes diuo perſtet ſuccincta pudore,
Auditum facias manè ſalutis opus.

Deus doctor et cōſolator.

Per quos tutus agam ueſtigia, perfice calles,
In te fœcundus ſpe duce ſpirat amor.
Ad te confugi, doceas uitare ſuperbos,
Cultoremq; tuum dexteritate frui.
Spiritus ille ſacer me rectum ducet in orbem,
Exanimemq; uirum pro bonitate feras.
Diſperdat laceros turbatæ mentis agones,
Hoſtilesq; minax pellat imago metus.
Candida quotquot agunt fugientis ſtamina uitæ
Sint procul, aſtra leuis dextera ſeruus habet.

ARGVMEN. PSAL. CXLIII.

*Gratiarum actiones Dauidis pro uictoria contra Goliam Gethæum populi domini expugnatorem potita, in cuius figura petit Pſaltes Chriſti aduentum in carnem, qui conſimili bello expugnet, & deuincat illum antiquum humani generis hoſtem diabolum, cæteroſq; eccleſiæ conflictores, tyrãnos, hæreticos, ſchiſmaticos, hypocritas, & reliquos id genus ueritatis oppugnatores.*

Benedict



# Benedictus dominus deus meus.

Grati animi laus et precatio.

DExter in arma tonãs, fortes ad prælia cixit
Signifer, ac docuit tela uibrare manus.
Chara mei uultus ſpecies, pietatis Aſylum,
Libertas animæ, proſperitatis apex.
Ille meus rector, cui fidere ſumma putaui,
Sub cuius populum relligione paro.
Quid genitalis homo ſuper ardua numina fertur?
An meruit tanto pauper honore frui?
Vir prope caſuro ſimilis deprenditur orbi,
Cuius edax uolucris tempus ut umbra perit.

Quaſi dicat, homo nihil a ſe (niſi gratia Dei præueniatur) agere poteſt.

Flecte polos noſtrum princeps uēturus in orbem,
Montes tange, uolans ſurgat ut in le uapor.
Mitte coruſcantes rapido cum fulgure flammas,
Diſſipet armatum dura ſagitta caput.
A ſuperis laxato manum, ne claudar aquoſis
Fluctibus, aut ſtringat gens aliena ſinus.
Vulgus, atroxq; manus partes operantur iniquas,
Ac nimis infandum lingua profatur opus.
Dum pius adfueris tibi carminis alta dicabo
Pſalmata, per decades ſiſtra ſonora canam.

Eccleſiæ precatio ut deus ueniat Rex in carnem, humanitatem ſoluturus, uel iudex cum angelis tuba canentibus iudiciū extremum facturus.

Regibus inuictis præbes in ſigna ſalutem,
Illa tuo Dauid geſta decora notes.

Victoria donum dei eſt.

A trucibus gladijs trepidas defende phalanges,
Ne rapiat florens gens aliena ſolum.
Sollertes quorum ceu culta noualia nati
Florent, ut primo tempore uernat humus.

Malorū proſperitas in hoc ſæculo degentium, falſo tamen creditas

Quorum

*Quaſi dicat, Fœlicior eſt ille populus, qui dominum habet Deum, nec ea quæ impii pro beatitudine habēt admiratur.*

*Quorum ſpernaces ludunt per caſtra puellæ,*
*Exercentq́; leues ludicra blanda choros.*
*Lanigeri quorum ſpatiantur in herbida fœtus*
*Faſcua, cornupetæ ſuntq́; per arua boues.*
*In plateis horum non bellica machina muros*
*Obruit, atq; uagus non ibi clamor ineſt.*
*Fœlicem dixere chorum, cui talia præſunt,*
*Ditior eſt populus, quem beat ore tonans.*

## ARGVMEN. PSAL. CXLIIII.

*Hic Vates Deum a quatuor laudat, utpote ab omnipotentia qua mundum creauit, a ſapientia, qua ipſum gubernat, a miſericordia quam in noſtra redemptione per uerbum incarnatum oſtendit, poſtremo a iuſtitia quam maxime Chriſtus monſtrabit in fine ſæculi malos puniendo, & bonis æternā gloriam largiendo.*

## Exaltabo te domine.

*Laus dei in expertis uirtutibus.*

*DIa triumphalis memorabo geſta ſenatus,*
*Magnificasq́; feram laude Tonantis opes.*
*Quottidiè pingues ueniet mihi Chriſtus ad aras,*
*Sic Deus almifluo carmine dulcis erit.*
*Scilicet Empyreos ſolium protendat in axes,*
*Imperij cuius res ſine fine manent.*
*Prima ſeges mundi figulum laudabit, honeſtas*
*Aurea perfectum ſignificabit opus.*
*En tua ſtellantes reſerabit gloria cœlos,*
*Maieſtate ſacer præficietur honor.*

Terrib



*Terribiles current ſuper ignea robora geſtus,*
*Geſtabuntq́; graues feſta theatra ſonos.*
*Larga redundabit geſtarum copia rerum,*
*Iuſtitiæq́; potens Rex Deus author eris.*
*Et ſacer, & clemens, illuſtris, & arte benignus,*
*Dulcis amor, ueniæ fons, pietatis apex.*

*Laus Dei a miſericordia*

*Omnia ſub miti tractantur munera cœlo,*
*Perſonat heroo terra beata duce.*
*Egregias laudes magnus denunciet orbis,*
*Prægrandes titulos gens tibi ſancta ferat.*
*Scilicet illuſtres dicant cum laude triumphos,*
*Inſignes linguæ cum probitate manus.*
*Vt magnum faciant in maxima tempora nomen,*
*Præualidas uires clara uenuſte humus.*
*Regna panomphæi longos firmantur in orbes,*
*Hæc quoq; ſunt ſtabili ſemper agenda uice.*
*Integer eloquio, uerax in numine, ſanctus*
*In factis, proſper relligione Tonans.*
*Alleuat ille uiros in acerba pericla ruentes,*
*Erigit eliſos cæca ſub antra pedes.*
*Ad te cunctorum uigiles flectuntur ocelli,*
*Defluat ardenti mollis ut eſca polo.*
*Pandis ab arce manū, liquidosq́; immittis odores,*
*Omne animal ſancta dexteritate reples.*
*Promicat in cunctos diuina modeſtia fines,*
*Authoremq́; ſuum facta ſuperba notant.*

*Laus Dei a iuſtitia.*

*Dulcis adeſt, præſensq́; fauet, qui pectus olympo*
*Qui præmatura ſimplicitate ferunt.*

q Candentes

Candentes in uota manus leuis accipit æther,
Exauditq; pium rex grauis ore caput.
Sic tegit aſſeclas, charos cuſtodit, inertes
Mittet in æternum dextra ſuprema chaos.
Diuinum pangas ô mens humana decorem,
Et tua ſyncærus creſcat in ora lepos.

ARGVMEN. PSAL. CXLV.

*Hic Pſaltes animam ſuam incitat ad Deum laudãdum, exhortando fideles ne ſpem in hominibus, at in ſolo Deo reponant.*

## Lauda anima mea dominum.

*Sola iuſtorũ fiducia Deus, & uana ſalus hominum*

Sydereum ſtudeas pia mens laudare Tonãtem,
Clarifices titulis ô mea uita Deum.
Magnatum nil rara fides, at uana probatur
Dexteritas, non his gratia tuta ſubeſt.
Spiritus ille uagus ſolidum uertetur in axem,
Tuncq; quod optarit mens ſinuoſa, ruet.
Qui cœlum, terram, uerbo qui cuncta notauit,
Dũ placet, & dulcis, proſper adeſtq; Tonãs.

*Bonitas ſummi Dei ſub muneribus pietatis.*

Tum ueri cuſtos inopum diſcrimina uindex
Iudicat, eſuriem paſcit, amatq; ſuos.
Morte athenatos diſſoluit, imagine clara
Luminis infuſor cæca uidere facit.
Tum bonus ac clemẽs extollit ad infima ſtratos,
Collocat & iuſtos in ſua regna duces.
Aduena charus, item uiduas, genitore carentes
Suſcipit, atq; ſua diſplicet arte malus.

Rex



Rex tuus ô Sion regnabit in omnia princeps
Sæcula, ſuntq; uago nil peritura die.

ARGVMEN. PSAL. CXLVI.

*Incitat Pſaltes populum ad Deum laudandum, tũ propter redemptionis humanæ beneficium, tum propter gratiarũ dona eccleſiæ collata, ſcilicet qui ſuos ædificat & congregat utcunq; diſperſos ſimul & confractos, mira pietate cõſolidat & paſcit.*

## Laudate dominũ, qm̃ bonus eſt.

*Decora laus dei in pſalmis*

Pangite pſalmidicos Vates nũc pãgite uerſus
In citharis domino laus ſpecioſa placet.

*Miſericordia benignitas et cætera Dei opera hic cõmendantur.*

Surgit Hieruſalem, diſperſus in atria ciuis
Conuenit, Iſraël reſtituuntur opes.
Rex animo tritos Rex molli pectore ſenſus,
Deuctaſq; capit pro ratione manus.
Qui ſtellas numerat, qui ſtellis nomina ponit,
Fulgentiq; domo ſydera quæq; locat.
Magnus quippe Tonãs cui fulget maxima uirtus,
Cui ſophiæ numerus, cui bonitatis apex.
Parat manſuetis, proſternit ad ima ſuperbos,
Aureoloſq; leuat gratia ſancta pedes.

*Exhortatio ad gratiarum actiones, pro impẽſis beneficiis, memorãs opa per quæ Dei potentia deſignatur.*

Pſallite magnifico diuina poëmata regi,
Auricomos uates ſiſtra canora decent.
Qui modo ſtellinicans maculoſis nubibus altum
Obtegit, atq; ſolum mollibus ambit aquis.
Qui pratenſe colit montano in culmine fœnum,
Et creat in cultos herbida rura greges.

Qui dat iumentis pingues ſitientibus eſcas,
Coruorum pulli quo ſaturentur habent.
Non in robur equi, non in certamine duro,
Excultæ magni regis habentur opes.
At ſedet in uotis dominum qui corde ſereno
Excolit, & uultus cor miſerantis habet.

ARGVMEN. PSAL. CXLVII.

Exhortatur Pſaltes Hieruſalem & Sion, in quibus ſunt bona ſpiritualia ad gratiarum actiones perſoluendas Chriſto pro beneficijs eccleſiæ collatis, in qua uerbo ſuo regnat, & mira facit.

## Lauda Hieruſalem dominum.

TVrris Hieruſalem, domus inclyta, pacis imago,
Quem Sion laudes cerne ſuperna ducem.
Potentiæ uerbi Dei deſcriptio. Ferrea portarum firmauit clauſtra tuarum,
Ex te firma quies, ac benedicta ſalus.
Ille tuos pacem poſuit per ſæcula fines,
Sacratæ frugis te ſaturauit adeps.
Cuius & eloquium terras ſe ſpargit in omnes,
Perq; domos altas aurea uerba fluunt.
Effectus uerbi dei in ſimilitudine. Qui teneros imbres, candentis uelleris alta,
Aut aeris nebulas inſtar, ab arce iacit.
Qui cryſtalla pigro morſu concreta gelauit,
Perpetuum retinent frigora ſtricta gelu.
Vt



Vt pluuius tandem diſcreto perfluat imber
Puluere, conflabit ſpiritus ore ſacer.
Omniregens Iacob diffundit amabile uerbum,
Legibus Iſraël atq; coronat humum.
An Deus adfuerit qui tanto charus amore
Sparſerit arcanas imperioſus opes?

ARGVMEN. PSAL. CXLVIII.

Hic Pſalmus eſt panegyricus, id eſt, totus laudatorius, in quo Pſaltes omnes creaturas tam corporales quam ſpirituales ad Deum laudandum pro creationis beneficio, tum etiam pro naturalibus a Deo creatore optimo maximo receptis exhortatur.

## Laudate dominum de cœlis.

CŒleſtes animi ſuperum laudate Tonantem, Laus dei a creaturis cœleſtibus.
Excelſaq; Deum glorificate domo.
Et uos Angelicæ dominum laudate phalanges,
Quiq; triumphales fertis in alta choros.
Sol, & luna poli quæ panditis ætheris arcem,
Aſtra Deo laudes lucis & aura ferant.
Empyrei cœtus, pariter cryſtalla polorum
Magnificent grauibus nomina diua thronis.
Et quia factor ait, ſequitur res facta iubentem,
Mandauitq; potens, quæq; creata uigent.
Hæc Deus æternis ſtatuit manſura diebus,
Præceptum poſuit, nec uaguserrat apex.

 Vndarum

*Laus Dei a terrenis creaturis.*

*Vndarum, terræq; ſinus, flexiq; dracones,*
*Laudet abyſſorum geſta tonantis humus.*
*Grando, nix, glaties, tonitru uox, ſpiritus ignis,*
*Quæ domini clara uiuificantur ope.*
*Saxoſi montes, ſyluoſa cacumina, cedri*
*Et cum fructiferis laurus opaca labris.*
*Infirmumq; pecus terræ, cœliq; uolucres,*
*Et qui propenſo uentre tulere gradum.*
*Purpurei reges, celebres hominumq; magiſtri,*
*Gens, populi, uulgus, quiq; tribunal habent.*
*Imberbes pueri, ſenium, caſtæq; puellæ*
*Laudent, cui ſoli fulget honoris apex.*
*Cœlorum terræq; ſuper faſtigia fertur*
*Qui cornu populi tollit in aſtra ſui.*
*Omnibus inclyta uox, concentus, & una uolũtas,*
*Sub duce magnifico militet una fides.*

## ARGVMEN. PSAL. CXLIX.

*Hic Pſaltes inuitat populum Chriſtianum, nouũ canticũ, id eſt, legem Euangelicam, cum gaudio & exultatione per orbem promulgare.*

*Cãticũ nouũ dicit pacis, charitatis & iocũditatis, quod ex penitiſſimis cordis uiſceribus depromitur.*

# Cantate domino cãticũ nouum.

*PAngite laurigeri noua cantica pãgite Vates,*
*Illuſtres animos grex precioſus habet.*
*O domus Iſraël, ò inclyta filia Sion,*
*Gaude ſydereo plæbs phalerata duce.*

Turba



*Turba mouete choros, crepitãtia tympana myſtæ,*
*Organa ſub dulci blanda ſonate melo.*
*In populo celebres habuere ſuprema triumphos*
*Numina, uictrices geſta tulere manus.*
*Clara triumphales attollet gloria cœtus,*
*Accipientq; ſacras regis in arce domos.*
*Perſona ueridicas reſonabunt guttura laudes,*
*Ancipites gladios dextra leuabit atrox.*
*Scilicet horrendos geſtabit tetricus enſes*
*Arbiter, immanes qui trahet orbe feras.*
*Ferrea qui tumidos ponant in uincula reges,*
*Retia torquatas dent & in acta manus.*
*Vt faciant ſuper his conſcripta uolumina leges,*
*Sanctis omnibus hæc forma decoris ineſt.*

*Virtus dei & potẽtia prædicatur in gloria ſanctorũ*

## ARGVMEN. PSAL. CL.

*Ad diuinas laudes depromendas in ſanctis, ſancto, uel ſanctitate eius, hoc in poſtremo pſalmate creaturas omnes exhortatur & incitat propheta, conſiderando beneficia quæ eiſdem contulerit ab initio Eccleſiæ, quæ incepit ab Abel iuſto, & durabit uſque ad conſummationem ſæculi.*

# Laudate dominum in ſanctis.

*HYmniſonas laudes, nitidos cane tibia uera*
*Pãge cothurnato cœlica iura pede. (ſus,*
*Magna panomphæi reſeres arcana Tonantis,*
*Virtutis ſpecimen gloria laudis habet.*

Ad citharæ ſonitum pateat cœleſtis olympus,
Auricomumq; trahant ſiſtra ſonora melos.
Tãgite Pſalmicines et tympana, et organa myſtæ,
Diſticha ſolenni ſunt agitanda uice.
Aurea ſydereos modulentur Cymbala cantus,
Perſonet almiſonum quælibet aura decus,
Vendicet æternas diuinus Ternio laudes,
Aurea qui uitæ fata perennis habet.

AMEN.

Deo gratiæ, Deo laudes.

Hanc mihi dum licuit calamo tractare poëſim,
Reddo tibi Pſaltes carminis arma Deus.

# PETRVS

## VALLA REGNIBVRGIVS

candidiſsimis, & uerè Chriſtianis lectoribus fœlicitatem precatur.

NEmo profectò, nemo eſt, humaniſſimi lectores, qui ſecum dignè reputare poſsit, quàm exundans illa ſit & in nobis diffuſa IESV CHRISTI Seruatoris noſtri gratia, ac charitas. Argumento quidem, ex alijs quàm plurimis, uel hoc uno oſtenditur, ꝙ is ſuam nobis philoſophiam, & Euangelicæ legis doctrinam longè lateq; pateſcere facit. Quam ut indies ſynceriorem, ſuauiorem, uberioremq; errãti ſuo popello ſuppeditaret, ſuſcitauit populatim homines, imò uerius dixero, cœlitus immiſit Apoſtolos, qui Euangeliũ, quod ſuis olim præceperat, omni creaturæ prædicarent, hodieq; ueluti per manus traderent, & publicarent. Longum certè nimis eſſet, & impendiò mea creſceret epiſtola, ſi quos noſtra tantùm ætas nouit, & alit uiros, nõ ſolùm omni doctrinæ genere præcellentes, uerùm etiam pari morũ integritate, pariq; modeſtia præditos in præſentia recenſerem. Non poſsum tamẽ non interim fauere, ac gratulari plurimum Santoniæ noſtræ, quæ paſsim tam multos, & impenſè

doctos

doctos optimæ cuiuſq; diſciplinæ cultores, & alũ=
nos habet, erigitq; quotidie fœliciſſimè. Imprimis
ſcripturiẽti mihi occurrit Briandus ille Valla, Bur=
degalenſis Senatus conſul ut uigilantiſſimus, ita
utriuſq; literaturæ ornatiſſimus. Deinde ſimul offe
runt ſeſe, Angeria quidem urbe oriundi, Almari=
cus Bouchardus, & Gulielmus paſtor, quos hic ſu=
is coloribus lucolenter depinxit Franciſcus Bona=
dus. At de Almarico, quod tamẽ aliorũ pace dixe
rim, id etiã puto commodiſſimè adijciendum, nemi
nẽ uidelicet hoc ſæculo facilè reperiri poſſe, quẽ
pluribus dotibus, ac gratijs, Diuina liberalitas,
Fortunaq;, præter locupletiſſimã græci et latini ſer
monis ſupellectilem, cumulatius illuſtrarit, & or=
narit. Præterea, ut eadem opera unum, atq; alterũ
ab Angeria, hoc eſt, Muſarum, & Gratiarũ om
niũ collegio proferam, quis eſt, qui nõ ſtatim ad=
miretur, uel potius obſtupeſcat, ſi Petri Hylaretij
Medici non uulgarem eruditionem, ingenij dexte=
ritatẽ, cãdorẽ, modeſtiãq; paulò altius repetiuerit:
Ades etiam mihi, Maturine Almandine, hoc præ=
ſertim nomine inter alios poëtas celebrãde, quòd
græcarũ, pariter & latinarũ Muſarũ ſis cultiſſi=
mè inſtructus. Nec te ſilentio præterẽa, Petre Ay=
merice, quem literarũ præſentia, unà cum urba=
nitate, & linguæ feſtiuitate, omnibus numeris, a=
mabilẽ, cumẽq; fecerit. Ad hũc ordinẽ, tanq̃ in ſua
caſtra, referẽdi ſunt, qui priſcã illã, et inclytã Sã=
tonarum



tonarum ciuitatẽ, quod olim Mediolanũ appella=
bant, maximo ciuiũ ornamẽto incolũt. Primus om=
niũ mihi, ac aliorũ ueluti Choragus, adſtat Rena=
tus Danglierius, inter alia permulta titulorum no
mina, diui Petri Santonenſis Eccleſiæ Cantor, cum
literis, tũ uirtutibus, papè deus, q̃ inſigniter excul=
tus. Subinde in catalogũ uenit Itherius Iaſmeus,
uir, præter ingenuas diſciplinas præſertim ſacras,
integerrima fide, & amicitia præſtãtiſſimus. Acce=
dit his Abel Chaſtenetus, niſi Caſtalius rectius ſit
ſcribendũ, ut, ſecundũ nominis Etymon, Caſtalidũ
muſarũ alumnus, q̃, ingenij perſpicuitate, et Poë=
ſeos fœcunditate affatim clareat, paſſim nomine=
tur. Ad hæc legitimè ſe offert Arnaldus Blãchar=
dus Santonicæ urbis ſupſpræfectus, cuius, neſcio,
maior ſit humanitatis, & eruditionis præſtãtia, an
uirtutis, & probitatis candor. Sed dum his riuos,
quod aiũt, claudere uelim, ecce ſuccurrit mihi nume
roſa alia doctiſſimorũ uirorũ caterua, quos cũ ſic
turmatim adeſſe uiderim, rei uelut attonitus mul=
titudine, & dignitate, nolui enim hic uel no=
menclator parum idoneus, uel encomiaſtes im=
portunus uideri, conniuentibus oculis uerecundè
pertranſierim. Supereſt igitur, ut interim mei
inſtituti non obliuiſcar, ſic exuberantem Dei no=
ſtri gratiam, & charitatem admiremur omnes,
laudemus, ueneremur. Quòd ſi tam ſyncerè, ac piè
quàm curioſè fecerimus, hunc noſtrũ Franciſcum
Bonadum

Bonadum ſuis meritis haud quaquam fruſtrabimur, quin, dictante nobis cōſciētia, certatim amabimus, laudabimusq́;, ſi unq̄ alium, impenſißimè. Ideoq́; ad uos, lectores ornatißimi, meam hanc epiſtolam conuerto, ut unà mecum rem ipſam examußim perpendatis, nec prius in ſententiam uitilitigatorum, & zoilorum, ſumma quorum fœlicitas eſt alieni nominis detractio, deſcēdatis, quàm quicquid eſt, quod ſuggillare audeant, exactißimè pernoſcatis. Dicite, amabò, quis hactenus, ut hic noſter Bonadus, Regij Vatis Dauidis tenebricoſum quidem, ſed planè myſticum atq; diuinum Pſalterium ſuis numeris, & amœnis ludere, uel tentauit, uel auſus eſt? An effectum id ſine numine diuum putandum eſt? Attamen ſi carmen alicubi ſubobſcurè uideatur contexuiſſe, non eſt cur magnoperè admiremini. Siquidem & liberam nō ſcripſit orationem, & eam aliquādo arcanis quibuſdam myſterijs ſic penitißimè inuolutam, ut ipſos plærumq; acutißimos diſtorqueat interpretes, fallatq́; nonnunq̄. Verùm ſi quis minime amuſus, & à ſacris potißimum literis non abhorrens hic ſe non ſegniter exercuerit, diuino quoq; adiutus fauore idipſum diligentißimè fuerit perſcrutatus, reperiet tandē occultū quendā theſaurū, & cœleſtis aquæ fontem huberrimū, ſalientē in uitā æternā. Bene ualete, & Vallam uobis perſuadete beneuolemißimū. Lutetiæ Calendis Septembribus.

1531

PETRI HYLARETI MEDICI ſcientißimi ad Petrum Aymericum familiarem ſuum, carmen.

Petre, ſat admiror, dic quæ ſint numina? quæ lex?
Fertilis immenſo creſcat in orbe ſeges?
Dic, rogo, Dauidem his noras luſiſſe camœnis?
Vatibus Hebræis atq; dediſſe lyram?
Si licet Heſperios diuina notare poëtas?
Atq; ſacris rebus conſeruiſſe manum?

Reſpondet Petrus Aymericus ſuo Hylareto.

Aurea Ieſſéi renouantur carmina Vatis,
Perſonat argutum clara cicuta melos.
Scis ita, quàm multis Pallas defecerat annis,
Perdideratq́; ſuum docta Thalia gregem.
Luſerat his numeris, & eo ſub pectine Vates
Diuinum cecinit, ſi mihi credis, opus.
Paſtor erat Dauid, ſua & hic armenta coëgit,
Aetheriasq́; ſacro gramine pauit oues.

Martialis Labbiti preſbyteri, carmen.

Chriſtus ouile ſuum tandem miſeratus aberrans
Huic tempeſtiuè paſcua læta dedit.
Paſcua læta dedit fœcundo gramine plena,
Et queis non poterant fertiliora dari.

*Martialis Labbiti carmen.*

*Hæc tamen aſpicias multos deſerta per annos,*
*Atq; uenenatis noxia facta feris:*
*Quorum permultos & adhuc contagio ſerpens*
*Inficit, & Chriſto deuia corda facit.*
*At noua diuini iam ſurgit lectio uerbi,*
*Et crepitat Dauid numine plena Chelis.*
*Aurea quæ noſtram ueluti per ſæcula legem*
*Inſtaurant, & ſunt paſcua læta Dei.*

*Laudant extrema laborem.*

*Phœbica Septembres luſtrauerat aura Calendas,*
*Grammatibus preſſum dum fuit iſtud opus.*

¶ ERRATA,

*cum immutatis ab autore.*

¶ *In titulo lege preſbyterum.*

¶ *In epiſtola nuncupatoria.*

| Facie | Verſu | Lege, |
|---|---|---|
| 1 | ultimo | cedere. |
| 2 | 3 | externum. |
| eadem | 8 | in confuſo. |
| eadem | 15 | ecſtaſin. |
| 3 | 4 | innumeros. |
| 4 | 27 | exigunt. |

¶ *In opere autem ipſo.*

| | | |
|---|---|---|
| 19 | 1 | Argumentum pſal. XV. |
| 21 | 13 | ſurge uolens. |
| 28 | 11 | ecſtaſis. |
| 37 | 12 | turpis ſtudioſa rapinæ. |
| 47 | 10 | pangat amore chorus. |
| 67 | 6 | ſis quando lucerna decoris. |
| 108 | 6 | Ingeniiq;. |
| 111 | 8 | mentes. |
| eadem | 22 | heroa. |
| 122 | 14 | Tanis. |
| eadem | ultimo | ebria. |
| 130 | 21 | idioma. |
| 134 | 10 | diadema. |
| 143 | 10 | precioſa. |
| 186 | 14 | ſeuera. |
| 207 | 21 | alij malunt tſade, alij tſaddi. |



יהו־ה אלוהינו אל קנא: